


# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Terrae sanctae vetus effigies ex. scripturae libris  
adumbrata - Cod. Ettenheim-Münster 117**

**[S.l.], [18. Jahrh.]**

[urn:nbn:de:bsz:31-111337](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-111337)



G. M. 117





7  
Effigies  
TERRAE SANCTAE  
adumbratae  
per  
P. Gallum Cartier.  
Ettonianum.  
e j



*Faint, illegible handwritten text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.*

*Fragment of handwritten text from the adjacent page, including words like "Ter", "frat", "nem", "ten", "libi", "qua", "nem", "gole", "gati", "cup", "in", "conle", "mwa", "nec", "hwa", "ex", "ad", "horo", "id", "libe".*

2

Terra Sanctæ  
VETUS EFFIGIES  
Ex  
S. Scripturæ Libris  
Adumbrata.

---

Proœmium.

---

Terra S. nomine eam Regionem intelligimus, quam  
Israëlitæ seu filij vel populus Nabates Patriarchæ Jacob ex Aegypto  
venientes pulsis et subactis illius populis Ineribus Moysse et Josue  
occuparunt, et qua utramque Jordanis fluvij ripam occidentalem  
scilicet et orientalem attingit; sicque non modo regionem illam,  
quæ ab occidentali Jordanis ripa ad Mare magnum seu meditera-  
neum protenditur, atque cis-Jordanica vocatur, Sed et eam com-  
plectitur, quæ ab hujus fluminis ripa orientali ad montes  
Galad et Arabiam usque porrigitur, ac trans-Jordanica nun-  
cupatur, in qua Moyses subspere à Deo fuisse montem Nebo,  
in Moabitide situm ostendit, à quo regionem cis-Jordanicam  
contemplatus ibidem vitam posuit, Deut. 32. 49. et 34. 1. p.

Ubi ad novam S. Bibliorum nostrorum editionem ani-  
mum adiecit, inde alia non modo consultum, Sed et velut  
necessarium ducimus, speciali quodam tractatu veterem hujus  
terra sanctæ effigiem ex ipsis sacris codicibus adumbratam  
exhibere, ut sic non tantum major tua eadem asunderatur,  
Sed et Commentariorum nostrorum et notarum Lingulis horum  
hororum Codicum capitibus adjectarum moles minueretur, ac  
ibidem omisso, qua inseri debuerent, nobis Geographis,  
liberalius alia comentaremur.

Et hoc est huius Tractatus argumentum, quod, ut omnia recte procedant ordines neque verum in eo expendendarum multitudine confusione in aliquam eadem afferre videatur, in duas partes dividimus, varijs capitulis et paragraphis distinctas, in quarum prima de Terra Sancta limitibus ambitu, varijs nominibus et Jacolis, libertate, aquis, montibus, vallibus, campis, desertis saltibus & dispersis: in secunda vero singulas ejus regiones et provincias, earumque urbes et oppida expendemus.

TERRA SANCTA  
VETUS ET NOVA  
2. Scriptura Libris

3

Terra Sancta vetus effigies.  
Ex S. Scripturae libris adumbrata

---

Pars I.

De  
Terra S. limitibus, ambitu, varijs no-  
minibus et incolis, ubertate, aquis,  
montibus, vallibus, campis,  
desertis, saltibus p.

Hujus partis duo erunt capita, suis paragraphis  
distincta, in quorum primo de Terra S. limitibus,  
ambitu, nominibus, incolis, et ubertate agemus,  
in secundo autem de illius aquis, montibus, vallibus,  
campis, desertis, saltibus p. tractabimus.

CAPITULUM I.

De  
terra S. limitibus, ambitu, no-  
minibus, incolis, et ubertate.

Hoc caput quinque §§ concluditur, in quorum  
primo terminus et ambitus Terra S. exhibemus, in  
secundo de terra Chanaan dicta S. ubi et de Chananeis  
agemus. In tertio unda Palaestina vocata fuerit, ubi  
de Philistinis. In quarto de terra promissionis  
et Terra S. nuncupata fuerit, exponemus. In quinto  
denique de illius ubertate disceptabimus.

§ I.  
De limitibus et ambitu Terra Sancta.

Jam superius in prooemio memoravimus terram S. utraque  
Jordanis fluvij ripam occidentalem nempe et orientalem  
attingere, et ubi ab occidentali hujus fluminis ripa ad ma-  
re magnum proceditur, cis-Jordanicam nuncupari, ubi  
però ab illius ripa orientali ad montes Galaad et Arabia  
porrigitur, trans-Jordanicam dici.

Terminum terra S. universon limitem sunt ad ortum  
Arabia, ad austrum Desertum Pharan et Aegyptus,  
ad occasum Mare magnum seu Mediterraneum, et  
ad septentrionem montes Libani, qui illam à Syria  
et Syria distinguunt.

Quod illius ambitum abinet, juxta S. Hieronymum,  
Josephum, Eusebium, et Vinerarium vetus Jerusalemi-  
tanicum, ejus longitudo à Meridie in Septentrione m.,  
nimirum à Bersabee in Tribu Simeon usque Dan  
in Tribu Nephtali, est 160. miliarium Romanorum

\* Miliare Romanum seu Hebraeorum: \* ab Emmausa vero usque Dan 183.  
aeque ac haebraum-  
mille passibus geome-  
tricus, quorum quilibet  
est quinque pedum, m-  
meratur. quatuor hujus  
miliaria unicum  
germanicum efficiunt,  
et una leucam gallica.

Latitudo autem ab Occidente in Orientem, nempe ab  
Ascalona urbe Tribus Juda in litore maris Mediterranei  
posita usque ad montes Galaad et Arabiam 89. miliarium  
Romanorum; et à Joppa urbe maritima in Tribu  
Issachar usque ad eundem montes 97.

§ II.  
Unde terra S. dicta fuerit Terra Chanaan,  
et de Chananeis, seu filijs Chanaan, eo-  
rumque posteris.

Regio, quae à Jordanis ripa occidentali ad mare me-  
diterraneum porrigitur, olim, et primitus terra

Chanaan dicta est, à Chanaan filio Cham unius de  
fratribus Noë filijs: ambarum fit mentio gen. 9. 18. et  
10. v. 1, 6, 15.

Comunis opinio est, Chanaan in hac regione post  
diluvium vixisse sac. diem supremum obijisse, antiqui-  
tus ostendebatur ejus sepulchrum 25 pedes longum,  
in spelunca montis Parcorum non procul ab Jeru-  
salem.

4  
9. Josa  
9. leg.

Verum quinquid ea de re sit, exploratum habemus  
ex Scriptura Gen. 10. 12. et quidam ejus filios terram  
hanc primum habitasse atque inter ipsos diversas, quorum  
causa poteri singulorum nominibus in scriptis fuerunt  
specialiterque populos constituerunt, qui omnes terram  
hanc, priusquam ab Israelitis occuparetur, incolerunt,  
quorum primas sedes posuit Moyses. Gen. 10. 19. inter  
urbes Sidonem ad Septentrionem et Garam ad Mari-  
diem, et ab Occidente versus Orientem usque Sodomam,  
Gomorkham, Adamam, et Gebaim urbes ad mare Mor-  
tuum sitas, nec non Garam, qua, inquit S. Hieronymus,  
quasi ad gen. 10. 19. nunc Callithoi dicitur, ubi aqua ca-  
lida prorumpentes in mare Mortuum defluunt.

Hae Chanaan filios Scriptura hoc ordine recenset. Gen.  
10. 15. et Leg. Sidon primogenitus, Chanaan, Jobab, Amorrhaeus,  
Gergaseus, Hevaeus, Aracaeus, Sidonius, Fra-  
dus, Samaratus, et Amathaeus.

5

A Sidone dicti sunt Sidonij Sidonis urbis ab ipso con-  
dita et Chanaeae Metropolis incolae. Hi populi Spa-  
cialia Chanaanorum nomen retinuerunt, atque inter  
caetera videtur Scriptura. Num. 13. 30. et Jos. 11. 3. ali-  
ter de Chanaanis singulari inter populos Chanaan-  
gentis sentit Salardus. vid. infra. n. 22. Sidoniorum  
regio ab ubera palmarum, quam praefert, à Graecis  
Chamaice ipsique Chamaeae appellati sunt. Posuere enim  
palmarum significat. Urbs Sidon sita est ad Medi-  
tanearum in finibus borealibus terra Chanaan in  
agro amano dicitur inire à Canade, ubi Jordanes flu-  
vius è lana, cujus meatibus à lacu Chamae, è quo or-  
turi ducit, parvulis erumpit. Commode postea ornata  
est. Quavis Josa in sorte Tribus Aser. Jos. 19. 28.  
ubi Josue eam Magnam Sidonem appellat, et Jud.  
1. 31. recensita fuerit, nunquam fames hujus Tribus  
viri illa aut illius tractu potiti sunt, quod incolae  
Josis semper mascula resistebant.

Clarissima sunt Sidoniorum nomina Baal lu-  
Sol, et Astarte seu Luna. Herculeam etiam colere  
Chamaeum cultus phoenicis lope inter Hebraeos  
ingressit, potissimum post ductam ab Achab Rege Israe-  
lis Jezebelam filiam Ethaalis Sidoniorum Regis. 2. reg.  
16. 31.

6

Ab Hathaei Hathaei procreati sunt, sedamque sua  
habuerunt circa Hebronem in meridionali terra Chana-  
an ora. Gen. 23. 2, 3, 7, et 10. Num. 13. 30. dicuntur una  
cum Jobabae et Amorrhaei habitasse in Montanis. No-  
men istud alijs quoque foris quodam cum ipis profugis  
gentibus dari videtur. Jos. 1. 4. Jud. 1. 26. et 2. Reg. 9. 26, 27.  
ubi videtur Salomon Hathaeos facisse tributarios. Jos. 6. 29.  
Leges Hathaeorum memorantur, qui in Aegyptum aut in Sy-  
ria misse videtur. Item 4. Reg. 7. 6. ubi dicitur Rex Israe-  
lis adversum Syriae conduxisse Reges Hathaeorum et Aegyptiorum.

7

Jobabae palae sunt Jobabaeorum. Gen. 10. 16. Jos. 15. 63.  
profugiam, qua ipsorum, sui ipsius patris sui illius con-  
ditoris nomina Jobabae dicta sunt, viciniorque montes tena-  
bant. Haesticosi erant, hancque urbem adversus Hebraeos  
tenuerunt usque ad Davidis aetatem, in qua ea pulsi fuerunt  
2. Reg. 8. 6.

8 Amorrhæus, ex quo Amorrhæi. Hi habitabant in Apont-hamar. Gen. 14. 7. quæ est Engaddi. 2. par. 20. 2. id est, Urbs palmarum et in convalla Mambra et Ecol seu in valle Betri iuxta Habronem. ibid. 4. 13. Deut. 1. 29. Num. 13. 30. Exploratores missi ad explorandam Terram promissionis referunt Hethæos, Jebusæos, et Amorrhæos habitare in Montanis. 2. Reg. 21. 2. Jabaonita dicitur esse ex reliquijs Amorrhæorum. Amorrhæi etiam trans Jordanem Sodam suam protulerunt, scilicet ad Septentrionem Arnonis fluvij, ubi pabat ex Num. 21. 42. ubi Arnon dicitur esse terminus inter Moabitæ et Amorrhæos, quoque Sidon Rex Amorrhæorum possedit omnia ab Arnon usque ad terram Jaboc. Num. 21. 24. Ino etiam ultra terram hunc habitant Amorrhæi. Num. 32. 39. Josue. 24. 8. Quare non Sidon tantum, sed et Og Rex Basan seu Basanea appellatur Rex Amorrhæorum. Jos. 9. 10. pueris nempe Ammonitis et Moabitæ, qui prius has terras possidebant, Sidon ad Meridiam imperavit, Og vero seu Rex Basan ad Septentrionem. Num. 21. 21. et 22. 33. 35. Deut. 1. 4. et 2. 9. 24. 26. 30. Psal. 134. et 135. Josephus, l. 4. antiq. 5. horum Amorrhæorum regionem peninsulam esse scribit, cuius latus occidentale Jordanes constituit, Arnon meridionale, et Jaboc Septentrionale.

9 Gergesæi à Gergesæ quinto Chanaan filio, trans mare Hæriadis et ad illius littora potissimum resederunt, Gergesæna urbs in hujus maris ora posita guberni Mesopotæ fuit, quæ postea Garesæ etiam dicitur fuit, postquam Garesæni apud ipsum Christum hujus Demoniacos et hereticos, demonesque à quibus obsidebantur, porcos, qui forte ibi pascebantur, intrare permisit. Math. 18. 28. Cuius Jordanem apud terichuntam unacum Amorrhæis, et Jebusæis adversus fratilitas pugnasse narrantur. Jos. 24. 11. foris etiam ultra Jordanem terras quasdam possederunt.

10 Harai Har Sexti Chanaan fili progenies Sodam habuerunt ab Haserim urbe, quæ Hasereth creditur, in Arabia paraa, ubi Hebræi in itinere par desertum castra metati sunt, Num. 11. 34. et 13. 1. Num. 33. 17. regna Harum urben firmæ in extremitate meridionali terre Chanaan ad mare Mediterraneum positæ. Inde eos postmodum Sidon seu Philistinæ extirparunt. Deut. 2. 23. et Jos. 13. 4. Sichemite etiam et Gabao inter tripos Harorum fuera; hi circa Jerusalem et alii vero ad Euro agulum mesem in Sindria inco luerunt. fuere etiam Haræi trans Jordanem ad radices montis Harmon Chamici ad Orientem, Jos. 11. 3. qui Gen. 15. 19. Admonæi, id est, Orientalis summen pantur; Radam anim vox hebræa Oriente significat.

11 Aracæi poster Aræ Septimi Chanaan fili ad radi ces montis Libani Sodam fixis dicuntur, quorum Mo topolis Aræ, seu Aræ, quam Arab tribus Aræ supe quædam volunt.

12 Sinacis, à quo Sinai. Stos in monte Libano non parant ab urbe Aræ seu Aræ Sodam habuisse ait S. Heron: quod lib. in genesi. Aræ mentionem facit propugnaculi in eodem monte positi Sinna dicit. Sinac apud Arabes sunt tripolis in Camaria prole.

13. Aracis, ab ipso Aracis dicitur sunt. urbem et Insu lam Mediterranæ ad latus Chamici incoluerunt, quæ iporum nomine Aracis dicitur est, et cujus ambitus Septem dracæ radiorum fuit. Quamquam fræ tribus destinata fuit, ea tamen diu caruerunt, ac primum Sub Davidæ et de Comona iporum facta est.

= Cheræis, Chanæis, Hethæis, Haræis, et Jebusæis

7 Caphtorim

14

Samaritanus pater Samaritanorum, qui creduntur fuisse veteres Simyra urbis Phoenicia ad Orthosiam eisdem regionis civitatem maritimam incolae.

15

Amath, à quo Amatheni, quos nunc Amath den Amath vel Emosam in Syria ad Orontem fluvium incoluisse quidam opinantur. Hi omnes generali nomine à fundatore suo Chananei dicti fuerunt.

16

Præter hos modo recensitos filios Chanaan eorumque posteror, alibi Scriptura paulo alium valerum terra s. Incolarum numerum mit, atque iterum, quos mox ad docuimus, quibusdam omnibus, videlicet alios supponit. Gen. 10. 19. et 25. hi dacom numerantur: Cincæ, Canezæi, Cedmonæi, Hethæi, Cheruzæi, Raphaim, Amorhæi, Chananei, Gergesæi, et Jabulæi: ubi non tantum incolae terra Chanaan, sed et Libani et aliarum regionum ad Euphratem usque recensentur. Alibi etiam eadem Scriptura eisdem duntaxat gentes terram Chanaan ante offuscationem adventum inhabitasse commemorat, nempe Dent. 7. 1. Jos. 3. 10. act. 13. 19. et alibi, nempe Hethæi, Gergesæi, Amorhæi, Chananei, Cheruzæi, Hethæi, et Jabulæi.

Item alio loco scilicet Exod. 3. 8. et 23. 23. duntaxat numerantur, Amorhæi, Hethæi, Cheruzæi, Chananei, Hethæi, et Jabulæi. Ibid. vero. c. 23. 9. quæque solummodo numerantur, nimirum Chananei, Hethæi, Amorhæi, Hethæi, et Jabulæi, Cujus rei, inquit Pelandus, varia probabilia, non tamen certa afferri possunt argumenta, ut, præcipuas gentes nominari, neglectis reliquis, quæ aut nullo numero potius ceptæ sunt, aut deletæ ab alijs abserptæ, vel latentes sub peregrino nomine, aut in alias regiones migraverint.

His igitur Scriptura locis hi populi numerantur velut terra Chanaan incolae, quorum Gen. 10. nulla saltem nomine lenis fit mentio, scilicet Cincæ, Canezæi, Cedmonæi, Cheruzæi, Raphaim, et Chananei.

17

Cincæ ab occidentali mari Meridii in ea regione quæ Tribus Juda ditionis facta est usque in Arabiam petraeam præcedenti fuerunt, omniumque eorum regionem infra illius fines longè excurrere ex eo intelligimus, quod pater Moysi cognatus sacerdos Madian fuerit. Exod. 2. 1. Madianitis autem Arabiam petraeam incoluerunt: sicut Cincæ Jud. 16. ac. 1. par. 2. 25. nec non Saulis tempore Cincæ inter Amalecitas apud eam etiam Arabiam incolae habitaverunt. Ea quæ inter pater Moysen intercedebat acceptitudo, causa fuit, cur Cincæ omnibus, qui sponte se Hebraeis subiecerunt, regio servata fuerit, quamvis ex eis essent, quorum sedes Deus Israëlitis destinaverat. Gen. 15. 19. Caleni, qui iterum jugum declinaverunt, ad Phumæos, et Amalecitas se recaperunt. Montes inaccessos et cavernas incolabant; hinc eorum pater Cui dictus est, quod nunc et cavernam dicitur, et Cincim, quæ reddi potest, τρωγυλαί, id est, populi cavernas incolentes. post regnum Saulis de illis Scriptura silet, quamvis cum Phumæis et ceteris Arabum petraea populi confusi adhuc subsisterent.

♀ significat

18

Canezæi creduntur montes ad Meridiam Judææ locum. Conjectura est, quod Canezæi quartus filius Eliphaz filij Esau roman et domicilium ab illis obtinuerit. probabile est iterum nomen Esau deservisse, quod post obijt tempora altum Etia illis silentium.

19

Cedmonæi ipsam fuerunt ac Hethæi, de quibus egimus sup. n. 16

20

Cheruzæi caprorum Chananaorum progenies, ab illis duntaxat in eo distincti videntur, quod certis sedibus carentes huc illuc per eandem regionem scy-

tharum et Nomadum in bar vagantibus; hinc Cheruzer  
id est, sparsi et dispersi vocab. hnt. Jordanis oras, mon-  
tes, et agros sparsim incolabant.

21 Raphaim id est, Gigantes, qui terram Chanaan, ante  
quam Hebraeis eaderet, incolabant, vallem praecipue occu-  
pabant in finibus terrae Juda, de qua suo loco agemus.

22 Chananeos eodem esse ac Ticorios. Jep. 12. 5. dixi-  
mus. Reliquos tamen eos speciales populos gentiumque  
singularem, quae inter Chanaan posteros sibi Chananeos  
cum nomen retinuerit, esse vult, eorumque regionem  
a maris Magni seu Mediterranei litora ad ripam  
Jordanis praedictam fuisse conjicit ex Num. 13. 30. et  
ex Jos. 11. 3. ubi Chananeos dicitur habitasse ab Orien-  
te et occidentem. Tertius terra Chanaan. Montana  
vero incolabant amonhai, athhai, cheruzer, et ja-  
tuzai, ibid. adeoque hinc inde versus mare et Jorda-  
nem ad occidentalem, et orientalem plagam Chana-  
neos habitasse scribit. Haec de nomine terra Cha-  
naan, primisque ejus post diluuium Incolis.

§ III.

Unde Terra s. dicta sit Palaestina, et de  
Philistaeis.

23 Eodem terra Chanaan Palaestina dicta fuit  
a Philistim seu Philistim, ~~quod~~ id est Philistaeis vel  
Philistinis populis, qui ex Insula Cappadocia, quam Vul-  
gata nostra Cappadociam, Jen. 2. 24. et Jerem. 47. 4. Sp-  
magistra vero Καππάδοκία latine Cretam, quae nunc Candia  
dicitur, vocant, solantes in eam appulerunt, quibusque  
litora, relictis Hebraeis Chananeorum populis, Cheruzer  
cum magna occupaverunt, Jen. 2. 24. ubi Vulgata go-  
stra eos Cappadocia nuncupat. Sunt, qui velint,  
Philistim seu Philistim nomen a Calusis urbe Egypti  
ad officium orientalis Nili rami id est Hadys a maribus  
ista derivatum esse, promissa regionem Cappadocia trideri  
in ora maritima circa Calusum quaerendam esse, nec  
vocam Calusim aliunde commodius duci, quam a Caluso.  
Nonnumquam hebraeis Scriptura lucris eos Crothim,  
id est phara Septuaginta Cretones vocat. Esach. 25. 26. et  
Isaiah. 2. 5. quod Vulgata nostra interlocutores, et gentem  
paucorum reddidit ad liberam, quia Crothim homines  
significat, qui excivium et desolationem movent.  
3. Reg. 30. 14. mentio fit Crothi, heb. Croth, seu Croth,  
id est terra Crothim, seu Philistinorum. 2. Reg. 8. 18.  
et 20. 23. idem 3. Reg. 1. 18. ac 1. Para: 18. 17. Crothi et  
Chalethi ex Geth Philistinorum urbe ortundi sub Da-  
vide celebrantur lingua fortissimi miles, et corpo-  
ris ipsum custodes.

Quavaluit autem nomen Philistim seu Calusim, la-  
tine Philistaei seu Philistini, ex quo Graecorum et lati-  
norum Palaestini, quo regionis hujus populus infig-  
nitus, regionem vero ipsam Palaestina dixerunt.

Philistim seu Calusim vox hebraea non est, quam  
promissa Septuaginta Allophili, id est, alienigena reddere  
conseruerunt, ipsorumque regio ab Israelitis terra alie-  
nigenarum dicta est, non quod primum alunde ad ea  
delati sint, ut qui ante Israelitas in ea fuissent, sed quia  
prope ea habitanter religione et moribus alieni, respec-  
tu ipsorum alienigena fuissent.

Philistim originem ducisse dicuntur a Castuchaeis,  
i. e. Castucim seu Castuchim qui patrem habere Misraim  
Gen. 10. 14. Populi isti in parte polim Cyrenaicam,  
seu tractum Cantarchenitem in Aegypto inferiori seu  
prope Aegyptum a regione Creta Insula Incoluerunt.  
Strabo. lib. 17. p. 837. inter portum Cyrenas et portum  
Creta Orion, metopon, id est, Stellam arabio dictam.

1000 Stadia ponit. Olim frequens erat commercium  
 Lyrenaiam inter et Cretam insulam, prout ex eadē  
 Strabone et Plinio habemus; hinc omnino verisimile  
 est, Carthagenos ex Lyrenaiā colonias in hanc insu-  
 lam misisse, quae postea ad Palaestina littora transme-  
 tes, ea occupaverint, à quibus deinde universa regio no-  
 men accepit, nec non Palaestina dicta fuerit.

§ IV.

De ceteris nominibus Terra Sanctae.

24

Ullarius Regio haec Terra promissionis vocata fuit, quae  
 Deus populo in libro d. populi Israelitici dicitur  
 La illam regionem posteris daturum promiserit. Nam  
 Terra Israelitica (quod post fugatos ac magna ex par-  
 te subactos Chananaeos populus Israeliticus in ea tepe-  
 rit, nec non inter tribus suas illam distribuerit. Terra  
 Sancta quoque eam vocant Iudaei ac Christiani:  
 Illi quidem, quod ipse Deus eam suam dicit, etiamque  
 in terris agerit velut sedem suam, nec non species li-  
 beris cultus sacraverit, praeterquam quod ut primum dixi-  
 mus, illa populo suo promiserit, ac suo tempore, ex-  
 pulsis profanis gentibus, incolentiam tradiderit. Chri-  
 stiani vero, quod Christus ipse Deus filius deus et verus  
 humana carne indutus in hac terra à virgine nasci  
 voluerit, atque incoluerit, ac praesentia sua terra  
 verit per omne spatium illud, quod à cunis eius ad af-  
 cessum in caelos usque effluerit, nec non innumeris pa-  
 ne ipse Augustinis et hactenus inauditis miraculis di-  
 vinae doctrinae suae illustravit. Denique etiam Ju-  
 daea nominari videtur à Iudaea sicut propria, quod haec  
 omnium tribuum Israeliticarum praecipua esset.

§ V.

De ubertate terrae Sanctae.

25

Terra s. etiam admodum montosa est, et fertilissimam  
 in non fuisse Scriptura variis locis testatur, sed quae ex  
 sacris et helle manantem praedicat, celebrat et omnino  
 antiqui Scriptores, id, quam omnia à ista necessitate  
 et communitatem abundantem praesentem memorant,  
 sicut oleum, vinum, Salem, frumentum, hordeum, aliisque  
 frumentis species, armenta, oves, capras et porcos, quos  
 praecipue mare Magnum seu Mediterraneum, Jordanis  
 flumen, et lacus sine mare Tiberiadis copiose supra-  
 ditant; omnis generis volatilia quoque, item mel tum ab  
 apibus elaboratum, tum ex arboribus in silvis maranis  
 terra Libani dicitur esse, quod et Joannis Baptistae eli-  
 mentum fuit, Math. 3. 4. Omnis species arborum  
 fructifera, videlicet quae palmas et Balsami fructices  
 emittunt, lanam et lenam ad hominum vestitum  
 necessariae sunt.

Equidem nunc paulo tristioram exhibet haec regio  
 faciem, quod certissimis observationibus testatur faciunt,  
 qui ibi peregrinasti sunt, propriisque oculis illam  
 perlustraverunt; adest enim magna terra parte nisi  
 nisi rupe horridaque silvas continere, paucos agros  
 in ea cultos et cultos esse.

Verum haec minima obstat, quia verissima sunt,  
 quae de eius ubertate et omnium rerum abundantia  
 sunt s. Scriptura, sunt Scriptores antiqui Ethnici, Hebraei  
 et Graeci uno velut ob praedicantur. Nec mirum  
 quod, postquam Iudaei ad eam redacti fuerint miseriam  
 ut à suis exurbati sedibus per orbem usque ad extor-  
 ces dispersi fuerint, bellum ipsa via divina usque in  
 gerens aliam eamque tristissimam induerit faciem.  
 Saeva etiam bello, quod Ptolemaeus per Iudaeos iteratis  
 vicibus in hac regione susceperunt, ut eò Chabona-

hanc exuerant, parva devastata fuit. Sed quodam  
S. ab eis, alijque Romanas confirmis bellis inter Legatos  
illam afflictiſſimum populationem, et agrum confite-  
rentur, ac etiam adhuc confiduum, ita ut in tota terra  
eius ordo nunquam minus fuit ab infidijs et frequen-  
tibus avarorum hominum extorsionibus magis molatu-  
rifer carpatur. Accedit quoque incedatque penuria et  
desidia, qui terram colere negligunt, atque vel raptu  
vel commercio vivere malunt. Certe rupes illa, quae  
modo in hac regione mœta carantur, antiquis tem-  
poribus terra uespita vineis et frugiferis arboribus  
luxuriabat, silva nitidius erant, arborum copiosius  
numerabant cultores p.

C A P U T II.

de  
Terra s. aquis, montibus, val-  
libus, campis, locis in-  
cultis, et saltibus  
Seu silvis.

Huius capituli quinque sibi paragraphi, quo-  
rum unus est de aquis, de maria, lacu, flumine,  
fontibus p. terra s. de montibus, alius de valles, alij  
campis, deserta et solitudines. De loca inculta et  
saltibus seu silvis.

§ I.

De aquis Terrae s.

Præter Mare Mediterraneum seu Internum, 26  
quod hic ~~Magnum~~ ~~Philistæorum~~ idem Philistæorum  
appellari solent, aquae terram s. ab Occasu affluit, ali-  
quot adhuc magni lacus, quos Hebraei etiam nomen  
Mariae appellant, in ea continentur. Eorum facila  
precipuum est, quod ~~appellatur~~ i bitumine graecè 7 Asphaltites  
ἀσφαλτῖται, quod egerit, idem ~~Mare~~ ~~Asphaltites~~ ob ni-  
miam visum aquarum salitudinem, ac etiam  
Mare mortuum, quod pisces non alit, sed hi, ob  
nimiam visum salitudinem, eum fugiant, aut si  
in illum desati fuerint, statim embriantur, nun-  
cupari solent.

Longitudo eius est 60. miliarium Romanorum  
et latitudo dicitur. Et dicitur antiquitas, quod in illo  
velut in solido omnia ferantur, ac supernebant, ni-  
hilque mergitur, id autem maxima ac in solida aqua  
cum visum salitudinem tribuendum est, enim visum aqua,  
quo salior est, eo visibior evadit, et corporibus dif-  
ficiliorem concedit ad ima transire.

Verum omnia in illo velut in solidis ferri non  
arbitramur, cum non modo navibus sed peruis, sed  
et natantibus, cui quidem experientia e majori  
vi sursum ferri ac suspensari quam in alijs aquis,  
id, ut dicitur, aquarum salitudinem tribuendum, noxa-  
quam verò, ut tradunt, nihil in eo nargi posse. 7 Debeat,

Situs et locus ista ad orientem tribus Iudae. ~~plena~~  
lingua extrema lingua nuncupatur, ab australi  
lingua ad borealem Iudae limes est orientalis. In  
boreali lingua Jordanes in eum habitat.

Sunt, qui credant, lacum hunc primum eo tem-  
pore natum fuisse, quo Sodoma, Gomorpha, Adama,  
et Belorim a Deo subversa fuerunt, ita ut aquis illius  
facta et mersa sint: et nostro iudicio perperam, nec  
que enim in tota Iudaea, a qua harum urbium  
subversionis historiae ~~et~~ terrarum, ubi est  
earam subversionis memoria. Gen. 19. 24 et 25, dum  
taxat dicitur Deus pluisse super Sodomam et Go-

montem Sulphur et ignem, ac subvertisse civitates  
has et omnem circa regionem, unipetis habitatorum  
urbem et cuncta terra vicinia. et 128. Abrahā  
vidit ascendentem favillam de terra quasi fornacis fu-  
mum: nihil huius de eluvie, nihil de inundatione, nec  
Sulphur et nitercat, ignis, fumus, subversio.

Equidem ibid. c. 14. 3. et 8. dicuntur Reges Sodomorum  
Gomora, Senna, Labim et Bala seu Regor conve-  
nisse in valle Silvestri, quae est Mare Salis, ibique  
dirigisse aciem contra Reges suos, ex quo id dicitur  
appellatum, postea Mare Salis. Leu. 13. 13.  
Sunt enim vallis illa aquis maris huius intrudite  
fuisse, aut exuberantia fluvio Jordane, aut aquis sub-  
terraneis aliisque, de quibus, quia incertum, quomodo  
et quando contigerit, nihil adire necessarium est.  
Non dicit Sacer Lix tu quinque urbes illas Sodomā  
nempe et reliquas, sed quae in valle Silvestri; imo  
contrarium ex eo praeiur, quod illarum quinque ur-  
bium Reges coepto exercitu, per se valem Silve-  
strum se contulerunt, ibique convenerunt; proinde  
vallis illa diversa fuit ab illa regione, in qua quinque  
illarum urbes illae erant.

27 Occurrunt duo Lacus seu Mara Tiberiadis vel Gere-  
sareth, item Galilaeae, quae nomina habet sunt a  
Galilaea, in cuius plaga orientali positum est in  
ab urbe Tiberiade seu Gerasareth vel Gereseth seu  
Ceneseth quondam celebri, quae ad illius occidentale  
latus sita est.

Josephus l. 3. de bell. c. 15. longitudinem ejus 100  
stadiorum patitur, latitudinem vero 190. latitudinem  
40. adeoque iuxta Josephum  $12\frac{1}{2}$  circiter miliarium  
Romanorum, et secundum Hegerijum  $17\frac{1}{2}$  est ejus  
longitudo, latitudo eadem 5.

Citharae figuram exhibet, aqua ejus dulces sunt  
et agrissime potabile, pisciumque divites. Jordane  
a Borea in Austrum lacum hunc perfluit medium  
Lacum. Strabo l. 16. ait, lacum hunc, calamum art-  
maticum et microbotanum seu glandam unguenta-  
riam ferre, aqua ejus acida frigida sunt, et valde sa-  
mi Solis radij, et calofaccha, haud valent. S. Be-  
nignus, Andreas, Johannes et Jacobus, qui piscatores  
erant, erem illam in hoc lacu observaverunt.

28 Hic lacus Samathonides. situs est inter Tribum  
Rephathim ad occidentem, et dimidiam Manasse,  
trans-Jordanicam ad orientem. Jordanes enim lacum  
medium. ad illius ripam septentrionalem fuit urbs  
Hasor seu Hese, in qua fabii Chananeorum Rex  
imperavit, Jos. 11. 1. cuius loco postmodum Sabucia  
visa est.

Centum stadia a lacu Tiberiadi distat versus Aqui-  
lonem. 60. stadia longus est et 30. latus. Nomen  
ejus quidam a voce Arabica Samach, quae piscem  
significat, dicunt; alij a Chaldaica Samach, quae ru-  
brum denotat, quod aqua ejus rubra, turbida, nec non  
particulis ferrosibus turbida sit.

In S. Scriptura, quantum videmus, nullibi huius la-  
cus facit mentionem.

Quidam arbitrantur aquas Merom, quas etij-  
mologicè aquas superiores interpretantur, de quibus  
Jos. 11. 13. sit mentionem, ad quas Joseph fabii Regem Hese et  
Hegerios ducit, ac Sodomam huiusmodi usque persecutus  
est. ibid. 13. sic hunc possum lacum; hinc etiam in pla-  
tibus huiusmodi Geographis lacus Merom scribitur. At  
alij verisimilius contendunt Merom campum esse seu  
regionem sanctam de Merome, et Aquas Merom.

9 seu Hasor

de quas ipse cum hostibus dimicavit, fuisse inter  
horum in Cifon, monte in Carmelum, Thanae et Mag-  
gedo urbes dimidia Tribus Manasse cis-Jordanica,  
ubi etiam postmodum Barac Saceram Regis Jabin  
Bellum cum David et fugavit. Jud. 4. 15. et 5. 18. et 23.

Enimvero quod Josue praelium atrox, longe cri-  
spilius est, Jabin et federatos Reges usque ad Terren-  
tem Cifon perrexisse, ibique vicum in regiones suas  
occidentium occupasse angustias, quod Josue Graecorum  
Ducem ab irruptione arcerent, vel ut eum in pro-  
prios possessionibus adirentur, quam ut illum in  
vicis provinciarum suarum prosequerentur, ac univer-  
sam Galileam, totamque tractum a torrente Cifon  
usque ad Simachoniam lacum ei relinquerent solue-  
runt. Ex his Merom, seu Merum urbem dicit,  
campus colorat in milliariis Romanis a Sebaste  
seu Samaria versus Bethaim urbem Tribus Zabulon  
cis-Jordanem.

Praelium vero, quod Barac Saceram fugavit, initu  
fuit haud procul a torrente Cifon prope Thanae  
et Maggedo urbes in dimidia Tribu Manasse cis-  
Jordanem sitas, unde et ubi Merom in hancum  
tractu colorandi videtur, hic ergo non solum videtur  
Barac et Saceram, sed et inter Josue et Jabin fe-  
deratorum suorum initum et praelium; locus enim  
propter vicis angustias magni erat momenti, diffi-  
cilisque erat per eum exercitum deducere a Judaea  
in Phoenicem seu Galileam, et vicissim in Phoeni-  
ce et Galileam in Judaeam.

He. Lacus Chiala profundissimus sub monte  
Hermom seu Baraa vel Banis, qui est pars Libani,  
ad fines Tribus Naphtali versus orientem in  
Thachonitide seu media Tribu Manasse trans Jor-  
danem, suo radio a Caprea Chitipi seu Gre-  
neade, quae ab aliquibus Dan, seu Danis spe di-  
citur in Tribu Naphtali, positus.

Chiala, dicitur a sua figura, quae in nomine  
Chiala rotunda est: ejus aqua nec minuitur  
nec augetur, sed intra margines suos se con-  
tinet. censetur esse verus fons Jordanis, qui ta-  
men olim pro eo habitus non fuit, quod aquae  
ejus sub terra inde usque Baneadem laberentur.  
Tandem illum esse verum Jordanis fontem primus  
demonstravit dicitur Agrippa Rex in actis in hunc  
lacum paleis, quae per ductus subterraneos jux-  
ta Baneadem redita fuerunt.

Aliae a ligni minores dactes in Terra I memo-  
rantur, quae cum exigui nominis sint, nec ad  
fons Jordanis nostrum quinquam conferant, recense-  
re omittimus.

30 Et lacubus ad luminia transiquus, videtur  
quod Jordanes in descriptione celebratissimus adeo  
amnis, ut solus nomen fluminis merori videatur,  
unde Josue l. i. arripit. nulla alia voce addita illi  
velut per antonomasiam fluvium nuncupat.  
ubi originem suam habeat, prae indicatissimis,  
nec quidquam verisimile proferant, qui a fonte illi  
civili autumant; corrigenda quoque sunt Geogra-  
phica illa tabula, in quibus duo rivuli velut ejus  
fontes, quorum unus for, id est fluvius, alter Dan,  
ab urbe Dan vocentur, exarati sunt; Jordanis enim  
nomen iam diu ante conditam urbem Dan notum  
fuit. Probabiliter dicendum, Jordanis nomen a  
Hebraea for-edan, quod iam est, ac fluvius de-  
ducitur, deduci.

Quam illam dividunt in Majorem et Minorem;  
at haec eque in amnis sunt nomina: qui fons proxi-  
mus est Minor, at majori alveo exceptus Major dicitur.

7 Chiala

29

Illius cursum ita describit Josephus l. 3. de bello c. 19. for-  
 dānes ea strata ostendit, ut deinde p. 120, strata sub terra  
 means ac deis & Paracada erumpens lateralium Amacho-  
 nitum, postmodum alia 120 stadia emens, nec non a liquid  
 fontium aquis auctus Laphar nam inter et Corodaim Sa-  
 cum Genesareth permeat, et cum Sitisolis seu Bethsa-  
 urbis tractum perfluit, atque ad ostium vergens prope  
 aurum suis compluit, et ad Decasum Cistnam, ad Orien-  
 tem vero pulchrum Jacob sibi iungens intumescit. Brevis  
 à Samaria liquorat, quocumque debetata oppida irrigat, ad  
 ostium camporum elioab, et ad Decasum regionem Jerichun-  
 tis palmis ditatam, ac deinceps per alios sibi iunctos fo-  
 tos lacui Aphelkith seu Mari Mortuo velis inuitus in-  
 mergitur. Apud enim illum cum gubentibus et vene-  
 nosis huius maris aquis per integrum horam spatium  
 colluctari, spualis inque per illarum nocuum sibi offer-  
 mara cursum, donec tandem ab ipsis absorbeat. Ita-  
 tem ac lacum hunc ingreditur amenam et salubram  
 entedinem suam amittit, piteoque quos lacum in illa  
 desert, statim deso innatant, ac moriuntur.

Sunt qui dicant, Jordanam, ubi Mare Mortuum in-  
 trant, hinc non vertide, sed ab ipso absorberi, atque per sub-  
 terraneos ductus in Mare Rubrum et Mediterraneum  
 duci. Id à verò ablicera non videtur, cum enim Mare  
 Mortuum Jordanis influxu non augetur, verisimile est,  
 illud eam, quam à Jordane accipit, aquarum coham  
 in unum et alterum horum Marium vel alterum in  
 alterum remittere.

Jordanis latitudo, in tractu Jerichuntino est circiter  
 60. pedum, ipsa vero ita rapidus est, ut nemo illum vado  
 transire valeret. utraque ipsa latera planities ripat, qua à  
 lacu Genesareth seu Mari Sitisolis ad Mare Mortuum  
 usque porrigitur. Josephus de bello l. 3. c. 4. ait, huius plani-  
 ties longitudo inchoat ad 1200, latitudine in vero ad 120 stadia  
 protendi, eamque asate aridissimam esse, aerem qui  
 in ea spirat, ob nimium asum valitudine officere, atque  
 solas Jordanis ripas humectari, reliquum desertum esse.  
 Tempore maximo fluvius hic supra alveum suum ma-  
 xime effertur, et aquis abundat. Ripae illius siccis, a-  
 ruidissimis, canis, salicibus atque tyrrum dumatis accipit, quae  
 illas ad se attrahunt, ut per ea ipsa aqua via conspicui  
 possint. Inter haec dumata latrant Cones, quae ubi flu-  
 vius exundat, deserere coguntur. illius etiam duo sunt al-  
 vei, unus in quo communiter fluit, alter quam in pbb, quan-  
 do exundat, sumque Cones ex suis exposita salicibus.

Erasmus in Jordane patrata narrat de iudicis sicut,  
 cum dicitur est, ut liberum Habraio duce populo pararet  
 idar, Reg. 3. 12. cum Elias et Eliseus hinc passim illum  
 proiecissent. 4. Reg. 2. 8, 12. Cum Eliseus falcis ferrum in via  
 flymen delapsum aquis irruerit iussit, q. Reg. 6. 6. Cum  
 hoc in Jordane passisset cali aperti sunt, et Spiritus d. in  
 eum descendit, Math. 3. 16.

31. Reliqui terra et fluvij admodum exigui sunt, nonnulli  
 sinone in excipiunt, cunctis propius est in l. de iudicis me-  
 moria. Alij trans, ad Jordanam alij fluent. Trans for-  
 danem pl. antio ad aquilonem occurrunt. Id paros torrens et  
 Moabitarum limes. ab oriente ad Occidentem fluens Mari mor-  
 tuo mergitur. de eo. Num. 21. 12. Deut. 2. 13, 14.

32. 2do. A 1700. hoc montibus Galaei seu Moabitarum pro-  
 fluvio primo ex Septentrionali in Meridiam directo cuspis  
 postea converso ex Oriente ad Occidentem in plagam orientalem  
 Maris mortui desertur. De eo fit mentio. Num. 21. 13 p. et 22. 30.  
 Deut. 2. 29, 36. et 3. 8 p. item 4. 44. Josue. 12. 17. Gen. 13. 9, 10.  
 Jud. 11. 13, 18, 22. 4. Reg. 10. 23. Isa. 16. 7. Jer. 48. 20. Limes  
 inter Moabitarum et Syrochaeorum regiones fuit. Jordanem  
 concludunt, cum orbem habere in finibus Arabia atque in  
 illum velis communi alveum alios labi, quos Num. 21. 14.  
 torrens sinone memorantur. Multi homines tractum illum  
 difficilem faciunt, arbitrantur, Deum spualis illius transire  
 facilem efficiere vel humos utroque vel fluvio, que proximam  
 in Mare rubro, vel quos homines per spualis lapsos occurrunt.



Et loci Silam invenimus urbem, quae in Syriae Iudith. p. 1. admodum appellatur, in Vulgata nostra vero Chulmor, quae for-  
te fluvio hinc, qui alius Cifon dicitur, etiam nomen adu-  
erbi dedit. Ad hunc fluvium seu torrentem Elias 450, pro-  
phetas Baal occidit, 3. Reg. 19. 40.

43

7mo. Belus, Belus, Pagida, Pigada, Bel exiguus (a  
Silam in Tribu Aser fluvius in mare Mediterraneum sub  
dip. duobus à Helamada influens, cuius idem infra Men-  
tis Carmeli radices in quoda lacu hinc palude, quae Canca-  
ria vocatur, oriri, ac quinquaginta circiter miliaria percurre-  
rare. ejus aquae non hauriuntur, alperumque habent li-  
mosum; ab unda maris, quae ejus ripam superant, fac-  
tum hinc repulentes aranae adhibent, quae sunt vitium.  
Ejusmodi ora, à qua haec arena educitur, quingentis ad he-  
tam passibus protenditur, et quamvis ea illa post bat-  
tecula arena longae educatur, minima tamen, et hanc  
ritur, nec non novis quotidia arenas acquirit, optimo  
est, haec arenam vitri invectionem occasionem ~~prae-  
buisse~~ prae-  
buisse, Strabo l. 36. c. 26. sic rem narat: cum mor-  
cabores nitri negotiationem exercebant huc navim mto  
conspam appulsiant, saque excocta cibos cocturi delecti  
aliorum lapidum calcem nitri frustis superposuerunt,  
quae ubi eadem superpositus ignis excoctis, ac lotoris are-  
na imiserunt, hinc prothera limina vitri novi cupida  
liquoris, qui ubi eos defecit calor, vitrum a parvulae.

44

8o. Ethan. Lex fluvij Ethan, de quibus p. 79. 18. he-  
"casti fluvios Ethan. id est rivos junta vim hebraici  
nominis Ethan, quod valde est, seu forte significat. de  
Neminius ab offialibus trajectis, cum in terra s. con-  
derant, eundem locum intelligunt Iudaei, admodum  
Arnon hanc lacus ac Jordanem hinc plura transmittunt  
Iudaeis praevisse. Iudaei, qui hunc Galilaeum de aqua  
Ethan intelligunt, loco ubi per aquas irriguo, nec non  
hortorum elegantia amano dubio Iudaeis hinc sexa-  
ginta stadiis ab Ierosolima in ora meridionali, quae  
Vestimon traerandi animi gratia non raro diversabat.  
Iudaei eundem nominis urbem ex parte confos. i. par.  
4. 22. et 2. 6. Hic opinantur fluvios Ethan esse flu-  
vios nova sacra et sacca, qui ambo conveniunt circa  
Susaum et in vira s. Iudaeis Tom. 1. ad. 55. p. 6. 83. et  
Tom. 2. p. 294. et 309. appellatur fluvij eorum, quos he-  
mus, maximis et profundissimi; nimirum hi fluvij in  
Mare Mortuum labuntur, cui adiacet regio quatuor ur-  
bium à Deo coersum; haec etiam videtur esse opinio  
Theodorici, qui Commentario in hunc Psalmi locum ait,  
Deum hic esse fluvios Iudaeorum, Gomorraha et regionem  
adiacentem.

45

A fluminibus et torrentibus Terra s. ad ejus fonte  
progrredimur. Clarioris quidem in terra haec obvia olim  
fuisse inde colligitur, quod Deut. 3. 7. appellatur terra ri-  
vorum agrarum et fontium. Item 2. par. 32. 3. Rex E-  
zechias magna vi hominum coacta iussit eos alturare  
capite fontium, qui extra urbem Ierosolimam erant,  
et Iudaei per invenerunt. et modo longe diversa est  
haec haec terra s. facies, nec enim habet, quod ad e-  
gloriatur de fontium copia. Igitur hinc de temporis per-  
multa ex parte in ad fontes, postea autem, cum iam  
Dei, neglecto ejus cultu, ac praecipue parata fuit Ho-  
ae intoramento pondus divina indignationis provoc-  
averunt, quae in fontium explicatione eorum palam  
ps. psal. 120. ipsa bellus persensit; enim vero rari admo-  
dum hinc in terra Iudaeis haec coeperunt, rarissimi  
circa Ierosolimam tractum, ubi modo bellus fons  
Silae existit.

46

Igitur praecipuos eorum, qui adhuc superant pro  
vixit, hinc ratione hinc laeder, coeperunt.  
1o. Accurrit Silae, Silae, vel Silam, fons infra Ie-  
rosolimam in eam ad latere orientale eam inter ac fontem  
hinc Eudaron. Cum fons Regal hinc Iudaeis, de quo ps.  
117. et 118. 16. Item 2. Reg. 18. 13. et 3. Reg. 1. 9. fons hinc  
fundendus est, cum enim fons Regal hinc ad orientem  
et infra moenia urbis Ierosolimae esset, hinc qua uni-  
tantam hinc fontem expulsa confos, quidni nomen hinc quo  
confatur?

Si etiam erat fagnam, seu piscina, natatoria  
 P. dicitur, quia fontis Siloe aquis replebatur, ad eam  
 Jo. 9. coecum natum ad oculos sibi largiendos misit. Joan.  
 9. 7. alba quoque piscina, qua in Vespere nostra Joan.  
 5. 2. Bethsaidi dicitur, legi debet Bethesda. / græce  
 Probatica, id est Leucalis, quod in ea pecora, græce  
 κροβάρι in beneficiis applicata abluerentur. etiam ad  
 orientem profectus lita erat, nec non ortum à fonte  
 Siloe videtur quoque habuisse. Quingue porticus habebat  
 ob formam forte pentagonam, quas multi agrati occu-  
 pant, singulum, qui ovis aquam moveret, prestolante,  
 quod certis quorundam temporibus observabatur, et qui tunc, omni-  
 nem se movebatur, in eam infundebat, à quo tunc mor-  
 bo sanabatur. Si Jesus hominem triginta et octo annos  
 habitantem in infirmitate sanavit. Jo. 5. 2. 6. 7.

47. 200 Gihon seu Gion fons ad occidentem Ierosolyma,  
 ubi Gelothon regia constructa à Sumo Sacerdote Gedas et  
 Nathan profecta inauguratus est. 3. Reg. 1. 33. Superiore  
 hujus fontis casulam Rex Seditis in urbem deducen-  
 dum curavit, ut hostes eandem offendant illius aquam  
 comendo privarentur. 2. Par. 32. 30.

48. 30 fons Seditis seu Seditis fons amarus est,  
 cuius aqua fons Seditis alius Bath-san in Jor-  
 danem provelantur.

49. 40 fons Samsonis ad propectam à Samone ofini ma-  
 xillam ortus, Gen. 15. 19. Et dicitur molari hujus maxilla  
 seu mandibula a fini ortum inueneri velle videtur locutus,  
 et fons pulvis à Silice, qui nomen dno molariis fuit he-  
 braice מַשְׁכֵּל מַשְׁכֵּל <sup>prosilice</sup> cum voluit, qui dicitur et for-  
 tase in tribu Dan prope urbem Beth. Mandibulam i/  
 persit. Rabinus opinatur prope torrentem ludon in  
 tribu Juda, alij iuxta torrentem in tribu Zabulon; alij de-  
 nique in suburbio Elantheropolis in tribu Dan illum collo-  
 cant. Sape scriptura precantibus uicaria à nudas pedras  
 copulabatur dades nuncupat. ut. i. Reg. 14. 4.

50. 50 fons Seditis seu Seditis fons amarus est  
 in tribu Benjamin, cuius papimum laporem ipsa conuad  
 à delubrum officio. 4. Reg. 2. 19. et 20.

51. 60 fons seu pulvis Jacob prope Bethem urbem Sama-  
 ria in tribu Ephraim, supra quem Jesus ex diuina fatiga-  
 tus sedens cum muliere Samaritana colloquutus est. Jo. 4. 6.

52. 70 fons Judicii seu Misphat, Gen. 14. 7. idem est ac aqua  
 contradicthore, in tribu Juda ad meridiem Hebron, et cir-  
 ceter milia. Romanis ab ea distans. hic Moyses et Aaron  
 aqua penuria laborante populo, et ad id mlti murante,  
 ex silice subente Domino, aquas eliduerunt. Num. 20. 11.  
 qua ob populi murmuracionem aqua contradicthoris  
 dicitur. Num. 16. 13. et quod Moyses et Aaron hic omni-  
 potencie Dei dignitate signatulum visi essent, morte  
 ab ipso damnati sunt, quod ipse terra promissa potun-  
 da procijs. 16. 13. et 27. 14.

53. 80 fons Agar sic dicitur ab Agar aegiptia et Sara  
 Abrahami uxoris ancilla. hoc in monte Sara ab Abraham  
 una cum Hamaia filio suo dimissa in aegiptum patriam  
 suam redire cogitante in deserto seu solitudine Beth-lata urb.  
 qua tribu Simeon cepit, Jos. 19. 2. errabat, cuius aqua  
 deficiente filio eius iura sibi iam animam ageret, fon-  
 tem hunc in Angelis ostendit, cuius aquis fons ille roso-  
 uitatus est. Gen. 21. 19.

54. 90 fons Daphne in tribu Naphthali. Cuius aqua pr-  
 dantes argatur. Plus namin vulgata nostra Num. 34.  
 2. sub nomine fontis Daphnim, iuda habet Chaleus;  
 hebraus Chumoniis habet fontem.

55. 100 fons aethiops, cui nomen hoc ex hebræo per  
 philippum Thacatum, act. 8. 36. Eumulo latere Regina  
 vnam costato inditum est. flum alij ad Bethlaam s. l. ad  
 Bethsuram in tribu Juda collocat. Cuius aqua et vetusto  
 Ierosolyma Sincerario est ad radicem montis, cui Bethu-  
 ra insidet. Bethsuram vero distat 20. mil. ab Ierosolyma,  
 atque prope Bethsuram lita est.

56. 110 fons Seditis carb. 4. 13. ad Seditis castellam sig-  
 nificandam superius videtur. In Sincerario est fons ingon-  
 tanea cum dimidia à Bethlaam, quem Phax, id est quod si-  
 pra equimus, ipse voluit iterum huius incertus.

57.

Plures etiam thermas numerabat terra phoenicia. Ca-  
tebriores facere thermas libanensis, iuxta hunc nominis us-  
um posita, Gaadara urbis calidissima in plaga orien-  
tali lacus libanensis, et Calirhois urbis transjordanica aqua  
lacum Asphaltitum, p. Therma ista libani utiles et  
griffini gratissima erant.

58.

Cisternae frequentissima erant in urbibus, domibus et  
agris terra. Cum enim urbes illius ut plurimum in  
montibus sita essent, nec nisi duobus per annum tempo-  
ribus, p. verno diluit et autumnali pluerat, conservandi  
aquis in animum et hominum usum plures cisternae  
parari debebant. Prope Dosthim urbem, qua postea, dimi-  
dico urbi Mana p. circocanica cepit, fossa a patribus  
suis in utramque cisternam aqua carentem demissa est. gen.  
32. 29.

59.

Culorum quoque frequens et in J. paginis memorata  
ubi nomen hoc interdum aliam in fontibus dicitur, quorum  
Saturigias e terra velis a fundo pulvis ebullunt. Hujus  
generis est pulvis, de quo ~~libani~~ spongia (ant. 9. 15.  
aid.) pulvis aquarum exentium, qua fluita impetu da-  
libani. In recentioribus itinerariis fontis est uberrimus  
in plaga a Tyro leuca distans. et aquas illas spongia  
sive salomonem in Gaudis indicare voluisse vix credi po-  
test, quia illius colles in Tyrorum praesidia esset.

60.

In agro libanica, quem postea occupata lacus Asphalt-  
itum dicitur, frequentes erant pulvis bituminis. gen.  
19. 12. a quibus bitumen aducebatur, quod nunc in J. p. s.  
Asphaltis aquis innovat.

61.

Culorum idem videntis et videntis, gen. 16. 12. videri Aed,  
et Sarad urbes Tyrorum Tyda, ad montem liban. ubi  
agar Sara ancilla Dominam suam fugiens ad eam re-  
verti jubetur ab angelo. J. p. 1. et 29.

§ II.  
De montibus terra S.

62.

Terra S. ut alibi jam annotavimus, montes est, praesertim  
post illa quae mare magnum inter et Jordanem medio loco  
sita est. Ad mare montes non sunt, si Carmelum exci-  
pias, ibique non nisi plantis coarctis distincta collibus con-  
spiciuntur. Ad Jordanem utrumque lacus lacus est mon-  
tium tractu videtur, montes hos singillatim ea pendimus,  
aque intium huminis a libani, deinde eos, qui trans Jor-  
danem sunt, et postmodum circocanicos recensabimus. J. p. s.  
imo libani Mons celeberrimus terram S. a Syria distans  
minuas figura ad ferrum equinum accedit, ejus caput in  
bus vel quatuor lacus ultra mediterraneum supra Libanem  
at apertione dein ad austrum circa Sidonem ~~extenditur~~ currit, J. p. s.  
navigandi exempli a meridie ad septentrionem a Damasco  
ad lauricam Libanem circumit. Pars illius occidentalis J. p. s.  
Tano hinc Libani Libani macedonum, qua vero orientem  
facit ab a meridie ad septentrionem protenditur antiliba-  
nus a grecis appellatur, utrumque vallis intersecat, ut is  
prolepta, qua Calirhois, nempe Syria cava, J. p. 1. 17.

63.

\* Syria Phoenice urbs  
ad mediterraneum in-  
ter annum Eleutheru  
ad meridiam, et Ma-  
ratham ad septentrio-  
nem sita.  
\*\* Non urbs Phoeni-  
cie vastissima simul  
et florantissima ad me-  
diterraneum posita,  
diei itinera a Barca-  
de. Quamvis in lorte  
fuit a ter recensita  
fuerit 4 of 9, 28. et  
J. p. 1, 31. nunquam  
tam non hujus tribus  
vivi ea possit sunt.

Planities libani vocatur, nostra vero abula Dabak, habita;  
Dabak, id est planities simpliciter dicitur.  
Nomen libani ex hebraeo Liban sine Liban, quod ab hinc  
significat nivivatum est, montes enim perpetuo candidi,  
de quibus paramus. C. 18. 29.  
Exstat Libanus ambitu suo 160 circiter Leucas gallicas,  
quatuor ~~collis~~ montium veluti gradus alios super alia crescit;  
primum statum ubi pinguis solo Libani marina praes-  
et fructuum. succidit altitudo parva, ac non nisi spissis osti-  
tum et perisum. Surgit super haec Libanum perpetuo sine  
leatham; nunquam ibi silivatae sua ea poliantur arboros,  
nunquam horti et pomata fructibus, uno verbo amarus est  
ad et fertis locus, ut in eo nonnulli Paradisum Libanum  
quosdam. Quarta hinc veritate Libani amant, ut  
nunquam fera liberatur a montibus. Cava libani in liba-  
na castrantur.

64.

Templum ierosolimitanum quondam libani appellatur  
in scriptura ubi Jeremias 17. 3. et Zachar. 14. 1. J. p. s. Regia a  
delomona ierosolymus est fructu domus Libani, J. p. s.  
est, quod hebraeo a calphina atque nitore gressu, vel a ca-  
reorum columnarumque copia in forte iditum est.  
200. Hermon hinc Chermion et Hermon seu Baal Hermon  
Tyrorum Libanon J. p. s. 9. Amorrhais Liban, etiam  
non nuncupatur; unde arbitramur Hermon generativum Mon-  
tis nomen esse, qui in plura latera dividitur, quibus haec

Diversa nomina tribuntur. Montem hunc I. Hieronymus  
supra Gadanae locas, ex quo rivum a saly tyrum deduci con-  
suevit testatur. Chaldaeus et Samaritanus ad Deut. 4, 28.  
Ipsam montem rivis vocant, quod pra. nimia altitudo in-  
semper nivosis appareat. Montem hunc tanquam Re-  
Sesae Rege Aegypti occupata est, Saurone et  
Regius thesaurus asportatus, 3. Reg. 14. 15. p.  
Hazael Rex Syria motu ad illam exercitum ibidem  
parabat expugnationem, id Joas Rex Juda, missis  
ad Iffum Templi et Regii arari thesauris, impedi-  
vit, 4. Reg. 12. 17. 18. et 2. Par. 24. 25. Illi  
quanto post Amasias ejus filius bello contra Joas  
Regem Israël temere invito victus in hostis venit  
potestatem, qui ea occasione Jerusalem in-  
gressus thesauros Templi et Domus <sup>Regis</sup> Capita-  
vit, ubique muros à porta Ephraim usque  
ad portam Anguli spatii 400. cubitorum de-  
jicit, ac dein Samariam reversus est, 4. Reg.  
14. 11. p. et 2. Par. 29. 23. 24. Sub Ezechia  
Rege Juda Sennacherib Rex Assiriorum  
milit validum exercitum, qui Jerusalem  
obsideret, at Ezechia et Isaiam Deum depe-  
cantibus Angelus Domini 185.000. Assiriorum  
interfecit, 4. Reg. 18. 17. p. et 19. 1. p. Re-  
gnante Joachin filio Joachin Nabuchodonosor  
Rex Babylonis demum urbem hanc obsedit et  
obtinet, ablatisque Domus Domini et Domus  
Regis thesauris, Regem Iffum unicum tota  
sua familia, principes omnes, universumque  
populum, solis relictis pauperibus, cum Ba-  
bylonem duxit captivos, pro Joachin Matthe-  
nia ipsius patris in Regem constituto, cui Se-  
decia nomen imposuit, 4. Reg. 24. 10. p. Cum  
que hic adversus Iffum rebellasset, coacto  
iterum valido exercitu movit in Jerusalem  
captamque penitus evertit nec Templo nec  
ceteris aedificiis parens. Populos vero et Re-  
gem Sedeciam in fugam apprehensum, post oc-  
culos coram eo filios suos, ac oculos effodi jussit  
siquae orbatum oculis in captivitatem abdu-  
xit, 4. Reg. 25. 1. p. Hic initium Summi  
70. anni captivitatis Judaeorum à Jeremia  
26. 11. et 29. 10. predicti. Quibus ex-  
tis Cyrus anno primo, quo Babylone regna-  
vit, relaxata captivitate Judaeis facultatem  
ad propria remeandi dedit: tum ipsi Tem-  
plum ac urbem restituerunt, prout fuisse  
narratur in binis Ebrae libris, Stetitque us-  
que ad tempora Vespasiani Romanorum Im-  
peratoris, cujus Imperii anno secundo Christo  
70. Titus ejus filius post gravem quatuor me-  
sium obsidionem à mense Aprili scilicet  
usque in Augustum eam obte asultu  
obtinet ac penitus evertit. Haec omni-  
um, quas Urbs haec ista sustinuit, memo-  
rabilissima fuit, quippe in qua usque  
1100000 Judaeorum perierunt. Sane  
quidquid arte excogitari poterat formam

416  
dis obidionibus validius, quidquid admirabilis, ni-  
hil tunc à Romanis omnifurum est; nec aggresso-  
rum peritia seu peritia militari, seu virtuti,  
seu constantia quidquam cepit obessorum ardor  
resistendi: mala vero omnia, quae diuturnam  
obidionum sunt appendices, misera haec urbs caper-  
ta fuit, iuxta id, quod de illa jam diu antea vati-  
cinatus fuerat Jeremias c. 7. 32. et c. 9. 11. ac vo-  
luntate Christus ipse Matth. 24. 2. et Luc. 23. 29.  
enimvero peste, fame, seditione, mutuisque  
caedibus non minus in ipsa urbe levitum est, quam  
hostium furore. Hoc tandem supremum fuit  
divina iudicis justitiae de sorte et exitis superba  
hujus metropolis in perfidia ac ingratisimi co-  
gra cum animi ultionem latum iudicium.

2<sup>o</sup> Eleutheropolis. De hac urbe S. Scriptura  
haud meminit; eam tamen huius statim amo-  
tare placuit, quod Eusebius et S. Hieronymus,  
quorum aetate celeberrima erat, ab illa omnia  
urbium meridionalium Judaeae metiantur inter-  
valla. Sita erat ad occidentem Jerusalem  
medio ferme itinere ab hac urbe ad mediterra-  
neum. 20. miliaribus ab ea absisse tradit Jo-  
sephus, et 24. ab Ascalone, nempe 18. à Lydda  
in Itinerario Antonini perhibetur. Eusebius  
illam 5. miliaribus à Geth, 6. à Lachis, 25.  
à Gerara, 20. à Jether, et octo à Gila  
removet.

3<sup>o</sup> Maecada Urbs 8. miliaribus ab Eleutheropo-  
li Orientem versus et Jerusalem juxta Euse-  
bium. Jome è Maecada Lebna processit,  
Jos. 10. 29. et 15. 41. Maecada Tribui Juda assi-  
gnatur.

4<sup>o</sup> Lebna seu Lobna ~~Urbs~~ Jos. 15. 42. ubi  
Labana nuncupatur. Urbs Sacerdotalis et  
refugii ib. 21. 13. et 1. Par. 6. 57. Cuius Idumaei  
sub regno Joram jugum exuissent, Lobna  
etiam se in libertatem aperuit, 4. Reg. 8. 22.  
In parte meridionali Tribus Juda sita erat.  
Eusebius et Hieronymus in Eleutheropolis re-  
gione illam locant. Alia non est à Lebna  
seu Lebna prope quam Israelitarum per  
desertum itinerantium Statio fuit Num. 33. 20.  
Attamen quidam volunt locum hunc in Arabia  
fuisse. Sennacherib Rex Assyriorum hanc  
urbem obidebat, cum Angelus Domini una  
nocte 185000. de exercitu ipsius contidavit, sic-  
que obidionem solvere. eum coegit. 4. Reg.  
19. 8. 35. et Isa. 37. 8. 36. 37.

5<sup>o</sup> Cariathiarim, Cariath-Baalath, Baal,  
Urbs in Confiniis Benjamin, Dan, et Juda  
12. miliaribus Romanis ciriter à Jerusalem  
versus Occidentem. Primum Gabaoni-  
tarum fuisse dicitur Jos. 9. 17. Tribui Juda  
attribuitur, ib. 15. 9. Hic Ara Do-

mini in Domo Domus Aminadab tandem Servatae  
donec à  Davide Jerusalem defertur, 2. Reg. 6.2.  
et 1. Bar. 13.5. p.

6<sup>o</sup> Bethlam, Orulam, et Adulam Urbs sita  
12. miliaribus ab Eleutheropoli ad Austum versus  
Mare mortuum.  Josue hujus Urbs Regem  
terfecit Jos. 12. 15. Tribui Juda illam adscript ib.  
16. 36. David à Saule profugus in spelunca Oru-  
lam delituit 1. Reg. 22. 1. Idem fuit in provi-  
dio, dum Philistini in valla gigantum castra  
haberent, 2. Reg. 23. 13.

7<sup>o</sup> Marva  seu Morasthi Urbs 2. miliaribus  
Romanis ab Eleutheropoli ad orientem posita.  
Patris Michae Propheta, Mich. 1. 1. Justa  
illam in valla Sephata initum est proelium  
inter Aza Regem Juda, et Geram Regem Athi-  
pum, quam 1000000. militum exercitu Regum  
Aza fecit fugavitque, neon Geram in pro-  
persecutus est, 2. Bar. 14. 8. p. His Marva  
1. Machab. 5. 66. legitur Samarita, quod mendacium  
est librari.

8<sup>o</sup> Bethsur, Besur,  seu Beth-Zura Urbs vel  
Arx validissima à Roboam Rege Juda mun-  
itionibus instruita, 2. Bar. 11. 7. Sita 20. milia-  
ribus à Jerusalem Hebronem versus. Tribui  
Juda ascribita est Jos. 15. 58. De ea etiam fit men-  
tio 1. Bar. 2. 45. et 2. End. 3. 16. Potissimum at-  
te Machabaeorum celebrata fuit, ac de ea fit  
mentio 1. Mach. 4. 61. et 6. 7. 26. 31. 49. 50. item  
9. 52. et 10. 14. neon 11. 65. ac 14. 7. 33. 2. Ma-  
chab. 11. 5. ubi dicitur quinque diutinat studij  
à Jerusalem abesse, verum error est, qui in ta-  
tum incepit.

9<sup>o</sup> Socho  seu Soco Urbs 9. miliaribus ab Ele-  
theropoli Jerusalem versus disita. Tribui  
Juda attribuitur Jos. 15. 35. Philistaei ad-  
versus Saulem proelium inituri inter Soco et Alpe-  
urbem Eleutheropolim inter et Jerusalem posita  
castra metati sunt, 1. Reg. 17. 1. Sahel per-  
sequens Davidem ad isternam magnam, qua  
est in Socho venit, 16. 19. 22. Socho ad Be-  
hered num ex divitiis Prasatis, qui Salo-  
moni Regi et Domini ejus annonam praebeant  
partimisse dicitur 3. Reg. 4. 10.

10<sup>o</sup> Jerimoth Urbs 4. miliaribus ab Eleuthe-  
ropoli ad Septentrionem Jerusalem versus.  
Idem Regem occidit Josue, Jos. 10. 26.

11<sup>o</sup> Maspha  sive Mispha et Mazphat Urbs  
ad meridiem Jerusalem posita, et 6. leuis ab  
illa distans, ad Septentrionem Hebronis et Eleu-  
theropolis. De ea fit mentio Jos. 15. 38. Cre-  
datur esse Maspha Benjamin Jos. 10. 17. et 18.  
26. item 21. 5. ac 1. Reg. 7. 16. quo Hebraei oran-  
di gratia convenire solebant, ac catus indubitan-  
tur 1. Reg. 7. 5. p. 10. 17. 3. Reg. 15. 22. 2. Bar.  
16. 6. 2. End. 3. 7. et 1. Mach. 3. 46.

12<sup>o</sup> Thema  seu Thema Urbs 12. miliaribus à  
Jerusalem versus meridiem ab Eusebio et S. Hiero-

quodam modo inter  
alios in reg. 15. 22. 2. Bar.

\* fenta  
quing  
mor  
gor  
igne  
nut  
Bala  
Leth  
So  
rang  
man

onymo coloratur; alibi tamen idem S. Hieronymus  
6. miliaribus à Bethleem meridiam versus illam  
amovet. ejus fit mentio 2. Bar. 11. 6. Desertum  
Theue occurrit 2. Bar. 20. 20. quod non longè à  
mari mortuo patebat, 1. Mach. 9. 4.

13<sup>o</sup> Bethleem, Bet-tehem, et Beth-lehem,  
id est, Domus panis Jos. 17. 7. Urbs exigua in collis  
divis posita duabus levis galviis ad austrum à  
Jerusalem. Vulgò dicitur Bethleem Juda, ut  
ab alia ejusdem nominis Urbe in Tribu Zabulon  
distingueretur ~~Bethleem Galilee~~ Ruth. 1. 1. Vocatur etiam Ephrata  
Gen. 48. 7. Mich. 5. 2. et ejus Imola Ephrataei  
numuntur 1. Reg. 17. 12. Nec magnitudine  
nec opibus celebris ceteras tamen ob natum apud  
ipsam mundi Servatorem nobilitate antecedit.  
Autrum seu specus, in quo Christus natus est, non  
intus sed extra urbem reperitur, atque prosta-  
bulo adhibebatur.

14<sup>o</sup> Gomorra urbs regia et inter florentissi-  
mas Pentapoles Gen. 10. 19. Etate Abra-  
hami speciales suos habuit Reges, ac ob civium  
suorum scelera una cum ipsis igne coelesti  
consumta est, ib. 19. 24. p. et Dent. 29. 23.

D. Calmet eam inter quinque Pentapoles Ur-  
bes maxime Septentrionalem constituit, in-  
jus sudera in Mari Mortuo non procul ab Engad-  
di adhuc eam dicuntur.

15<sup>o</sup> Engaddi alio nomine Asaroththamar,  
id est, Urbs palmarum 2. Bar. 20. 2. regioni  
enim palnis consita adiacebat ad Mare Mor-  
tuum 300. Stadiis ab Jerusalem. Vineis,  
cypri et balsami arboribus abundabat; hinc  
vineae Engaddi à Salomone celebrantur Cant.  
1. 14. In spelunca deserti Engaddi Da-  
vid latens Sauli se insequentem necem inferre  
potuisset 1. Reg. 24. 1. p. Hujus Urbis  
aliàs etiam fit mentio in Scriptura, ut Jos.  
15. 62. ubi Tribui Juda adscribitur. Item  
Ezech. 47. 10.

16<sup>o</sup> Seboim inter quatuor urbes Pentapoles  
coelesti igne absumtas una, Gen. 19. 24. p. et  
Dent. 29. 23. posita Sodomam inter et Engad-  
di ad lacum Asphaltitem sive Mare Mortuum.  
Hujus nominis Urbem ad ripam occidentalem  
Maris mortui adhuc sua statata extitisse Euse-  
bius et Hieronymus memorant. Forte post  
Abrahami et Lothi tempora in eodem solo  
altera ejusdem nominis Urbs edificata fuit.  
Valis Seboim 1. Reg. 13. 18. et hujus nominis  
Urbs in Tribu Benjamin 2. Par. 11. 34. occurrunt.

17<sup>o</sup> Sodoma Metropolis Pentapoles propè  
Mare mortuum in plaga Australi Judæa Tha-  
mar inter et Seboim colorata. In ea Loth  
Abrahami nepos aliquandiu versatus est, Gen.

\* Pentapoles seu Pentapolis nomine  
quinque simul Urbes Sodomam, Go-  
morra, Adama, Seboim, et Se-  
gor significantur. Illæ omnes,  
igne coelesti delapso consumtae fue-  
runt, præter Segor, alio nomine  
Bala Gen. 14. 2. 8. quæ ad præces  
Loth servata est, Gen. 19. 24. p.  
Segor verò urbs exigua ad alte-  
ram partem anguli meridionalis  
maris mortui sita erat.

13. 12. Hujus Urbis civium Sceleribus Divinam ultio-  
nem provocantibus, ignis à coelo delapsus illos ubi-  
que consumpsit; una et deflagarunt Gomorra,  
Sobrim, et Adama, qua ad orientalem Maris mor-  
tui ripam sita perhibetur, criminum communi-  
ne conjuncta civitates, Gen. 19. 24. p. Deut. 29. 23  
In amoenis et fertili agro urbes istae sitae tunc  
paradisi specimen exhibebant Gen. 2. 8. at  
dein terra faevis versa est, nam fulmine caelesti  
imensum latens in illa regione bitumen exarsit.  
Igni aquae fluminis succedentes solum inunda-  
runt, et iis subinde recedentibus Mare mor-  
tuum protenso ambitu suo ibidem resedit, cui  
etiam Lacus Asphaltidis ex bitumine seu  
asphalto ex aquis ebulliente nomen inditum  
est. Vid. quae de isto Lacu diximus Sup. parte I.  
c. 5. n. 26.

Apud Prophetas minarum Sodoma et Go-  
morra saepius fit mentio, ut Jer. 49. 18. et  
50. 38. Amos 4. 11. et Sophon. 2. 9. Tra-  
dit Josephus de Bello l. 5. c. 5. circumjacentem  
illis urbibus agrum incendiis etiam servare re-  
liquias, et combustarum urbium catere vestigia.

Sodomam postmodum restitutam fuisse sive in  
eodem, quo prius erat loco, sive juxta illum caes  
conjecti licet, quod in veteri Notitia Ecclesiastica  
Sodoma urbs Episcopalis recensatur, cujus Severus  
Episcopus Concilio Nisano subscripsit, necnon Tha-  
mar inter et Engadi constituitur.

18<sup>o</sup> Thamar Urb. Eam veluti terminum meri-  
dionalem Judaeae Ezechiel constituisse videtur Ezech.  
47. 19. et 48. 28. ad Angulum meridionalem Ma-  
ris mortui; amissa videtur unius diei itinere Jeru-  
salem versus à Maloda Urbe 20. circiter miliaribus  
Romanis ab Hebrone ad austrum sita, Jos. 15. 26  
et 19. 2. Videtur eadem esse ac Maseloth Num. 33.  
25. 26. Tribui Simeon attributa Jos. 19. 2. 1. Bar.  
4. 28.

19<sup>o</sup> Gerara Urb. 25. miliaribus ab Eleutheropoli  
ultra Davomam\* in plaga meridionali Tri-  
bus Juda posita. Illam Moyses inter Cades, et  
Sud Arabiam Petraea Urbem colorat Gen. 20. 1.  
et S. Hieronymus de Trad. Heb. in genes. ab ea the-  
rosolyman tridni iter metitur. Torrentis  
seu Vallis Gerara fit mentio Gen. 26. 27. Rex  
~~Abimelech~~ Rex Juda Zaram Aethiopiae  
Regem proliofum Geraram usque persequi-  
tur, 2. Bar. 14. 13. Praefecturam totius  
ora à Ptolemaide usque Geraram seu Gene-  
ros Antiochus Imperator Jude Machabaeo de-  
fuit, 2. Mach. 13. 24. Abrahami et

Isaaci aetate Reges Gerara communi nomine  
lechi nomine appellabantur: cum ambo hi  
Patriarchae pater et filius successivè ibidem ali-  
quandiu versari cogerentur, uxores suas,  
quas apud se habebant, sorores suas dixerunt  
veriti, ne, quia formosae erant, raperentur

\* Davoma Sive Davon vox Hebraea  
meridiam significans, et plagam  
australem Judaeae quod Eusebi-  
um et Hieronymum. Propter hoc  
nomine totus ille tractus appel-  
labatur, qui ab Eleutheropoli  
Arabiam Petraeam versus in sep-  
tentrione ad meridiem spatii  
20. miliarium, ab oriente ve-  
rò in occidentem à mari mor-  
tuo usque Geraram et Bersabeu  
protenditur.

ipsi vero neci darentur Gen. 21. et 26. 48

20<sup>o</sup> Cades seu Cades-Barne Urbs, alio nomine mons Misphat, id est, mons iudicii dicta, Gen. 14. 7. 24. circiter miliaribus ab Hebrone ad austrum dista. Celebram esse tum Maria Soror Moyse et Aaron in ea diem claudens, tum ipsi Moyse et Aaron, cum super ad aquas contradictionis perire iussi Dei omnipotentia diffidere aliquantulum nisi morte damnati fuerunt optata spe terra promissa potius praesens, Num. 27. 14. Huius Urbis Rex à Jone cuius est, Jos. 12. 22. Inter Urbes Tribus Juda recensetur Jos. 15. 23.

21<sup>o</sup> Hebron seu Chabron una ex vetustissimis mundi Urbibus, ut quae septem annis ante Tanin Inferioris Aegypti Metropolim condita fuerit Num. 13. 23. Cuius Aegyptii suorum Urbium iactant vetustatem, ac re vera illorum regio post Babelis dispersionem omnium prima incolas habuerit, omnium antiquissimam fuisse Hebronem fatendum videtur. In loco edito sita erat 22. miliaribus à Jerusalem versus Meridiem, et 20. à Berrabee ad orientem.

Vetus ipsius nomen fuit Arbe seu Arbee Gen. 23. 2. et 35. 27. Dein Pariath-Arbe id est, Civitas Arbe Jos. 14. 15. ab Arbe eius institutore, qui fuit Gigas Balestina vetustissimus ex patre Enac genitus, à quo Enacim Gigantes dicti sunt, ib. 15. 13. qui adhuc Hebronem incolebant, dum Jone Chanaanitidem subegit, ib. 14.

Quando Urbs haec Hebron nomen accepit, ignotum est. Nonnulli autem aut Calab ea potitum Jos. 15. 13. illam Hebronis filii sui nomine vocasse: at nomen Hebron antiquius, ac potius Calab filium suum illius nomine Desasse videtur.

Abraham ex Aegypto movens in convalle Mambre prope Hebronem sedem fixit, Gen. 13. 18. Ibi sub quercu seu terebintho tres Angelos cepit, Gen. 18. 1. Sara eius Uxor ibi etiam vitam ponit, ac in Hebron sepelitur duplici sepelitur, ib. 23. 2. 19. post ipsa Abraham, ibid. 25. 7. p. ac demum Isaac ipsorum filius ib. 35. 29.

Jacob à Mesopotamia rediens venit ad patrem suum Isaac, qui et ipse in valle Mambre prope Hebron, quae tunc adhuc Arbee vocata fuit, morabatur, Gen. 35. 27. Joseph à Jacob patre de valle Hebron mittitur ad fratres suos, qui in Sichimis greges pascebant, Gen. 37. 14.

Jone Hebron expugnat, Jos. 10. 37. fit civitas refugii, et datur filius Aaron, Jos. 20. 7. et 21. 13.

David adhuc Saul fugiens caesis Amaleitis, de ipsorum spoliis dona mittit ad habitatores Hebron, 1. Reg. 30. 31. In hac Urbe, Rex Juda primum, deinde Rex Israel proclamatur et inauguratur, 2. Reg. 2. 4. et 9. 3. Regnat in

q ayri Ephronis

ca Septem annis, ib. 5. et 3. Reg. 2. 11., item 1. Cor. 29  
27. Hic etiam conjuratio Abrahon in David  
patram suam erumpit, ib. 15. 12. Janna  
est in Hebron domiciliu habuisse. Zachariam  
et Elisabeth, ibique eorum filium Joannem bap-  
tistam natum fuisse.  
22<sup>o</sup> Diph Ubs Tribui Juda comesta Jos. 15. 24. <sup>15.</sup>  
populum millibus ab Hebrone ad Orientem posita. In  
ejus solitudine David aliquandiu Saulem fugiens  
latuit, 1. Reg. 23. 14. 15.  
23<sup>o</sup> Ceila Ubs. 8. miliaribus ab Eleutheropoli  
versis austrum et Hebronem. In ea, ut refert Do-  
domenus Hist. lib. 8. c. 19. est sepulchrum Haba-  
cuc propheta. Philistaeos eam oppugnante  
David a Saule profugus caecidit, ubique libe-  
ravit, inde, quia Ceilite cum Sauli erant tra-  
dituri, aufugit, atque in desertum Diph se re-  
cepit, 1. Reg. 23. 1. p.  
24<sup>o</sup> Lachis Ubs sub Chananaeis Regia, quatuor leuis  
gabicis a Jerusalem ad austrum, Septem miliaribus  
Romanis ab Eleutheropoli ad Euronotum. De ea  
fit mentio Jos. 10. 26. et 15. 39. Sennacherib  
Assyriorum frustra eam obsedit, ac inde Babylonia  
Jerosolymam misit, ut Urbis hujus incolae ad sub-  
torem imitaret, 4. Reg. 18. 17. p. et 19. 8.  
25<sup>o</sup> Cariath-Sepher, item Cariath-Senna, et  
Dabir Ubs non procul ab Hebrone ad occidentem  
Sita. Jos. 15. 15. 16. 49. et Jud. 1. 11. 12. p. Tribui Juda  
assignata Calebo cepit, Jos. 15. 15. cujus dominium  
obtinuit ope Othonielis, qui illam expugna-  
vit, atque in rei bene gesta praemium filiam  
ibius. Axam accepit in uxorem. Jos. 15. 17. et  
Jud. 1. 13. Data est filijs Aaron et Urbis refe-  
26<sup>o</sup> Arad live Arada, Arath, Arava, Arva. U  
Chanaanitidis ad meridiem Tribui Juda in Arabia  
petrea, ~~Arava~~ in vicinia Cadis quatuor miliaribus  
a Malathi, et viginti ab Hebron ad Aspinum  
Sita. Hujus Urbis Rex iter Israelitarum, qui in  
Chanaanitidem jam proceperant, Num. 21. 1. prohib-  
diturus, palio cum illis certavit prospero primum  
successu; at Hebraeis totam eam regionem in  
anathema devotentibus, iterum commisso pro-  
lio caesus est, tota ipsius regione igni etque  
justa voti obligationem tradita, Num. 21. 2. 3.  
Arad post eam eadem restituta fuit.  
26<sup>o</sup> Gaza Ubs Sita ad Mare Mediterra-  
neum ad ostium Torrentis Besor, quem qui  
dam putant esse ~~procurator~~ <sup>idem</sup> ~~egypti~~, ~~de quo Jos. 15. 4. 47. et Jud. 2.~~  
Torrentem Egypti, de quo Jos. 15. 4. 47. et Jud. 2.  
12. Sita 22. miliaribus ab Jerusalem ad  
Afrum. De ea fit mentio Gen. 10. 19. et  
Deut. 2. 23. Inter quinque Satrapias Phi-  
listhinorum recensabatur, cuiusque loci op-  
portunitate ea Ubs maximi esset momenti  
varis idcirco fortuna casibus, aestata fuit.  
Jonae idem occupasse, ac nihilominus Philis-  
taeos in ea reliquisse videtur, Jos. 10. 41. et 11. 2.  
Sorte Tribui Juda tradita est ib. 15. 47. cui

7 Uaque ejus interfectus,  
q à Josue captus et sustata fuit Jos. 10.  
38. 39. Ibi Dabir et Cariath-Sepher  
municipatur.  
q qui facta Jos. 21. 15. et 1. Cor. 6. 58.  
ubi Dabir ~~municipatur~~ vocatur, 2. Eabr.  
11. 25. fit mentio Urbis Dibon à filijs Juda  
inhabitata, qua videtur eadem esse ac  
Dabir seu Cariath-Sepher, ac ubi Jos. 12.  
13. Vulgata nostra ex Hebraeo Dabir habet,  
Septuaginta Dibon loquunt.

21. 3. p.  
Dabir, nomen sup. p.  
Dabir, nomen sup. p.

49  
cepit Jud. i. 18. tunc Jannio Philistaeorum facta  
est, in qua Samson duo proclara miraculosa for-  
titudinis sua specimen edidit: nempe urbes hujus in-  
portas una cum portibus celsas humeris suis im-  
ponens in montis verticem detulit, Jud. 16. 3.

Item Domum seu Templum Idoli Dagon con-  
cussis, quibus innitebatur, columnis subvertit,  
ubi tria milia utriusque sexus animarum  
una cum ipso interierunt, H. 30. Eze-

chias Rex Juda eam subegisse legitur 4. Reg.  
18. 8. Pulsis Syris Affamoni seu

Machabei non semel eam subegere, 1. Ma-  
chab. 11. 61. et 13. 43. S. Lucae aetate Jere-  
ta erat, Act. 8. 26.

29<sup>o</sup> Ascalon Urbs in regione Philistinorum  
inter Gazam et Azotum ad mare medi-  
terraneum posita quingentis Stadiis seu sexa-  
ginta duobus miliaribus una dimidio à Jeru-  
salem. Hanc urbem unam ex quinque Sa-  
trapiis Philistaeorum viri Juda post obitum

Josue occuparunt, Jud. 1. 18. at postmodum  
ad Philistaeos rediisse debuit; nam ibid. 14. 19.  
Samson Ascalonem descendisse ibique trigin-  
ta viros occidisse scribitur. Ceterum hujus

urbis frequens occurrit in S. Scriptura sermo,  
ut 1. Reg. 6. 17. 2. Reg. 1. 20. Jer. 25. 20. et  
47. 5. 7. Amos 1. 8. Sophon. 2. 4. 7. Zachar.

9. 5. ~~in Machab. 11. 61. et 13. 43.~~ Act. 8. 26. p.

30<sup>o</sup> Azotus, juxta lectionem hebraicam As-  
dod Urbs ad mare mediterraneum Ascalonem  
inter et Accaronem posita. Jos. 15. 47. Tribui  
Juda adscribitur. Una à Philistaeis deten-

tata fuit atque illorum quinque Satrapiarum  
potentissima habebatur. Fuit in ea Tem-  
plum Dagon, in quod Philistaei Israelitis  
sub Saule devictis, eoque interempto, Aram

Dei, quam Israelita cum ipso pugnaturi ad  
castroru adduxerant, captam intulerunt,  
1. Reg. 5. 1. p. Judas Machabeus in mon-  
te Azoti occisus est 1. Mach. 9. 15. 18. Jona-

thas ejus frater Azotum una cum Templo Dagon  
ac omnibus, qui in illud fugerant, succendit.  
16. 18. 84. Philippus baptizato Candaeis Regi-  
na Eunuchs à Spiritu Domini raptus inven-

tus est Azoti Act. 8. 38. 39. 40. alias etiam  
alibi in Scriptura Azoti memoria recurrit, ut  
Jos. 11. 22. 1. Reg. 6. 17. 2. Reg. 26.  
6. Isa. 20. 1. Jer. 25. 20. Amos 1. 8. et 3. 9.

Sophon. 2. 4. Zachar. 9. 6. 1. Mach. 4. 15. et  
~~10. 10. 11. 4. 14. 34. et 16. 10.~~  
p. 31<sup>o</sup> Bethsames Urbs Sacerdotalis Tribus  
Juda Jos. 21. 16. 1. Reg. 6. 12. 4. Reg. 14. 21.

1. Bar. 6. 59. qua tamen, saltem sub hoc  
nomine in catalogo Urbium Juda, quas huic  
Tribui assignavit Josue cap. 15. non legitur.

Decem miliaribus ab Eleutheropoli ad Septentrionem versus Nicopolim seu Zumanus sita erat. Ara Domini à Philistais dimissa peruenit. Bethsames, cumque quidam ex populo nimia ditiacitate eam respicere ausi fuissent, Dominus ea principibus 70. viros et ex plebe 50000. hominum interfecit 1. Reg. 6. Amariam Regem, Iudas Rex Israël prelio vincit ac in hac urbe capit. 4. Reg. 14. 13. et 2. Par. 29. 23. Urbs hæc à Philistais oppugnatur, ib. 28. 18. Alibi etiam hujus Urbis non raro meminit Scriptura.

q̄ habitabant,

39<sup>o</sup> Bethania urbs seu oppidum 15. Stadiis seu 2000. circiter passibus ab Jerusalem distans, Joan. 1. 18. ad radices Montis Oliveti, Mar. 11. 1. ad orientem Jerusalemæ seu viam Jerichentis ad Jerusalem. Hic Martha et Maria una cum fratre suo Lazaro, quem mortuum Iesus iam Christus ad vitam revocavit, q̄ Joan. 11. 1. 43. 44. Ibi etiam Maria unguento unxit pedes Iesu et capillis suis terxit, Joan. 12. 3. Huc etiam à Jerusalem Christus Discipulos suos eduxit, dum que illis benediceret sublatus est in coelum, Luc. 24. 50. 51. Hæc Bethania non confundenda est cum alia ejusdem nominis urbe trans Jordanem posita, ubi Joannes baptizabat, Joan. 1. 28.

37<sup>o</sup> Bethphage pagus ad radices montis Oliveti Bethaniam inter et Jerusalemam à qua 1819 passibus aberat positus. Cum Christus Bethaniam radens Jerusalemis appropinquaret, mandavit Discipulis, ut Bethphage se conferrent, ad querendam sibi asinam, cui triumphantis insidens Jerusalem ingrederetur, Matth. 21. 2. Marc. 11. 2. Joan. 12. 14. ¶

S. II.

De Tribu Simeon.

q̄ 33<sup>o</sup> Maon urbs in extremis finibus Juda ad meridiem posita. Tribui Juda offeritur Jos. 15. 55. Nomen deserto tribuit, in quo Nabal Carmelus longum regionis tractum possidebat, 1. Reg. 25. 2. et David dicitur solvit Saulis persecutionem fugiens, 1. Reg. 23. 24. 25.

34<sup>o</sup> Carmel latus procul ab Urbe Maon sita civitas, tribui Juda offeritur Jos. 15. 55. Eam Nabal Carmelus vir Abigail inolebat, 1. Reg. 25. 2. 3. De eo et uxore ejus plura scribitur et c. 24. 3. et 30. 5. Item 2. Reg. 2. 2. et 3. 3. Hic Saul post victoriam de Amaleitis relatum trophæum sibi exivit. 1. Reg. 15. 12. Inter triginta fortes, hæc fuit assignata, Jos. 19. 1. p. quam hujusmodi viros exercitus Davidis recensetur hæc vari de Carmelo, 2. Reg. 23. 35.

Jacob Patriarcha morti proximus, in Simeon et Levi filios suos, ob crudelitatem in Hermor filiumque suum Sichem, necnon Urbis Sichem incolas exercitum Gen. 34. 25. commotior Divis eos insectatus est: Maledictus pinguit ibid. 49. 5. furor eorum, quia pertinax; et indignatio eorum, quia dura. Dividam eos in Jacob et dispergam eos in Israël. Et sanè amba hæc Tribus nisi in Israël dispersa substituerunt: nulla enim certa sedes et hereditas Levi constituta est; Tribui vero Simeonis pars quedam à Tribu Juda auxerunt, 1. Par. 4. 39. p.

Igitur Tribus Simeon in medio Tribus Juda substitit ita, ut ad oceanum propior esset Ma-

diterrones, quam ad ortum Mari mortuo; ad Aquilonem vero Tribum Dan et Philistaeos respiciat, ad austrum vero Arabiam Petraeam. Illius longitudo ab oriente ad occidentem erat 45. circiter miliarium Romanorum seu Hebraeorum, latitudo autem à Septentrione ad meridiem 30. In ea praecipue munerabantur sequentes Urbes,

1<sup>o</sup> Bersabee seu Beersabee, Putens juramenti vel Putens septem, quod ibi Abraham foedere cum Abimelech Rege Gerara Gen. 21. 22. imito septem agnas in jurati foederis monumentum illi dono dederit, Ibid. 30. Bersabee primum Tribui Juda à Jone tradita fuit, Jos. 15. 28. Deinde Tribui Simeon cepit, Ibid. 19. 2. Sitae est ad austrum 20. miliaribus ab Hebron. Sapientia Scriptura Terra Sancta fines his verbis notat: à Dan usque Bersabee, 2. Reg. 17. 11. et alibi, ad Aquilonem enim terminum habet Dan, ad austrum Bersabee, prout jam alibi indicavimus.

2<sup>o</sup> Molada, Malatha, Malathim Urbs ad orientem posita. Primum Tribui Juda Jos. 15. 29. dein Tribui Simeon adscripta, Ibid. 19. 2. Eadem videtur esse ac Macloth Num. 33. 25. Israelita in hoc itinere in Aegypto moventes à Sepher venerunt Arad, inde Macloth, quae dictum, creditur esse Malathim seu Malatha.

3<sup>o</sup> Hasekual, Jos. 15. 28. Tribui Juda attribuitur, dein 1. Reg. 3. Tribui Simeon.

4<sup>o</sup> Asem Jos. 19. 3. eadem forte ac Asemona seu Hasmona, Num. 33. 29. ad meridiem Aegyptum versus Sita Jos. 15. 4. quae statio fuit Hebraeorum in deserto, Num. 34. 4. 9. videtur etiam quae

5<sup>o</sup> Bethul seu Bethuel et Bathuel, prout duobis eadem ac Bethulia seu Bethulia Gazam versus Sita, quam Sodomemus Hist. Eul. lib. 5. c. 15. Suburbium Gaza dicit, Eam quinque brevium dierum itinere à Belusio Aegypti Urbe ad ostium Nili versus Palaestinam colorata distare ait S. Hieronymus in vita B. Hilariensis. Haec est ipsa Bethulia obidione Holofernis à Judith interfecti celebris, Judith 6. 1. p. et 13. 10.

6<sup>o</sup> Horma, Horma, Horma, et Arama Urbs in ultimis finibus Simeon ad meridiem vel innotuam posita. ab Hebraeis Horma, id est, Anathema, nomen accepit, cum prius Sephaat appellaretur, Jud. 1. 17. Cum Rex Urbis Arad meridiana Terra promissionis tenens Hebraeos proelio vicisset, illi, ut victoriam à Deo obtinerent, omnia, quae illius forent, anathemati devota se habituros Domino poponderunt. Hinc hoc nomen Horma inditum, Num. 21. 3. Hujus tamen voti religionem non antea solvisse videntur, quam post ingressum Jone in Terram promissionis. Inter devictos à Jone Reges Rex Horma seu Horma, et Rex Hared seu Arad vel Arad recensentur, Jos. 12. 14. Post Horma ut Tribum Juda primum Jos. 15. 30. deinde ad Tribum Simeon pertinuit, Jos. 19. 4.

7 eadem esse ac Jesimon, de qua 1. Reg. 23.

24.

7<sup>o</sup> Siceleg Urbs sita in septentrionali regione  
plaga ad orientem, Tribui Juda adscripta Jos. 15. 31.  
Tribui Simeon ceditur, Jos. 19. 5. nec tamen illius  
possessionem adisse videtur, enimvero Saulis pri-  
mi Hebraeorum Regis aetate adhuc Philistaeorum  
erat, illam quippe Achis Rex Geth Davidi don-  
avit eo tempore, quo Saulem fugiens in terram  
Philistinorum seceperat, 1. Reg. 27. 5. Unde legi-  
bus, Juda mansit. Absente Davide Amale-  
itae urbem hanc occupaverunt ac diruperunt,  
1. Reg. 30. 1. 2. quos persequens David caecidit, et  
nuncupque praedam retulit, ib. 31. 7. 18

8<sup>o</sup> Kemmon Jos. 19. 7. Urbem hanc confun-  
dendam censet D. Calmet cum alia in parte  
Juda Jos. 15. 3. 1. 2. Esd. 11. 29. quae interdum Kemm  
appellatur. Sita est 16. miliaribus ab Eleu-  
theropoli austrum versus, Eadem facile est  
de qua Zacharias loquitur 14. 10.

9<sup>o</sup> Athar, Ether, seu Jether Urbs proxima  
Tribui Juda, Jos. 15. 42. Dein Tribui Simeon  
affecta, ib. 19. 7. octo miliaribus ad meridiem  
ab Eleutheropoli juxta Malatham. Cata-  
urbes, et loca, quae in hac Tribu occurrunt, cum in  
iis nihil, quod memoria dignum sit, inveniantur  
hic annotare supervacuum videtur.

### §. III.

#### De Tribu Dan.

Danitarum Regio seu Tribus Dan limites habe-  
bat ad orientem Tribum Juda et Tribum Benja-  
min, ad meridiem demum Tribum Juda et Tribum  
Simeon, ad occidentem Philistaeorum regionem  
qua postmodum Tribus Juda facta est; et ad  
septentrionem Tribum Ephraim. Solus erat pro-  
picius et fertilis, sed artis adeo finibus: ut pote quod  
portus esset regionis, quae Juda obtigerat: ut coloni  
in alienas regiones mittere Danitae coacti fuerint;  
quare missi quinque selectissimi viri ad aptum lo-  
cum explorandum, Jud. 18. 1. p. Hi veniunt ad  
Lais urbem ad fontes Jordanis, civibus nullo periculo  
timore incautis, facile occupari posse. Idem igitur  
destinata est colonia constans 600. viris, ad arma  
idoneis cum suis familiis, qui in itinere juniores  
quemdam Levitam in domo Michae idoli ajuvantes  
Mystam in monte Ephraim offendentes se cum  
coegerunt. Urbem vero Lais improvisè adorti  
facile obtinuerunt; cui deinde nomen Dan inde-  
derunt, superstitioemque idoli Michae cultum  
in eam invenerunt.

Jos. 19. 40. p. post assignatam Tribui Dan sortem  
enumeratisque urbes illius tum v. 47. haec adhu-  
tur: Manderuntque filii Dan et pugnaverunt  
contra Lesem, ceperuntque eam in ore gladii  
et possederunt et habitaverunt in ea vocantes  
nomen ejus Lesem-Dan ex nomine patris sui  
Dan. Lesem vero eandem esse ac Lais pla-  
rimumque asserunt; cumque 600. viri illi Tribui Dan  
proximum post obitum Josue Lesem seu Lais  
occupaverint, dicendum videtur, ea, quae Jos.  
19. 47. leguntur, deinceps ab alio, qui Josue

centior fuit, addita fuisse, necnon ex Jud. 18. huc  
translata fuisse majoris claritatis gratia, et ut  
omnes possessiones Tribus Dan legentium oculis li-  
minali subicerentur. Praequae huius annotantur

1<sup>o</sup> Dan, Laïs, seu Lesem, alias etiam Baneas,  
intra Caesarea Philippi, Iemum Neronias dicta:  
Urbis in ultimis finibus Septentrionalibus Terra  
Israëlitica ac Tribu Nephtali ad radices montis

Libani, ubi Jordanis e terra erumpit, collocata.  
quare, ut iam alibi observavimus, apud Saeros Scrip-  
tores in designandis ditioribus Israëlitica extremitati-  
bus non raro haec phrasis occurrit: à Dan usque Ber-  
Sabee, ut 1. Reg. 30. 20. 2. Reg. 3. 10. et 17. 11. item 24.  
2. atque passim. Dan nempe ad Septentrionem  
Terram Israëliticam terminabat, et ad Meridiem  
Bersabee.

In Urbe Dan Jeroboam filius Nabath post adrep-  
tum adversus Roboam filium Salomonis regnum  
Israëliticum vitulum aureum consecravit, 3. Reg.  
12. 29.

Dan dicta est à viris illis ejusdem nominis Tribus,  
quorum supra meminimus; cum prius etiam  
Baneas diceretur à monte Banio, ad cuius pe-  
dem sita est, vel à Phoeniciis. Postmodum  
in honorem Augusti Imperatoris, vel, ut alii  
placet, Tiborii ejus successoris Philippus Magni  
Herodis filius Caesarem Philippi appellari voluit.  
Idem sub hoc nomine fit mentio Matth. 16. 13. et  
Mar. 8. 27. Soemina illa, quae fimbria vestis  
Christi contactu à fluxu sanguinis liberata est  
Matth. 9. 20. et Luc. 8. 43. ex hac Urbe fuisse di-  
citur. Denique Caesare nomen Junior

Agrippa in Neroniadi nomen ob Neronem Impe-  
ratorem commutavit.

Nonnulli post Eusebium et S. Hieronymum  
Baneadem à Dan distinguunt, hancque ab illa  
quatuor miliaribus in via Tyrum versus col-  
locant: plerique tamen univiam Urbem cre-  
dunt, ipsique S. Hieronymus in 2. Reg. 48. Dan  
seu Lesem Baneadis nomen habuisse testatur.

2<sup>o</sup> Saraa sive Thara Urbs sita in plaga me-  
ridionali Tribus Dan versus Africum, et ad confi-  
nia Tribus Simeon non procul ab Esthaol, Jos.  
19. 11. Hanc Urbem Eusebius sitam perhibet  
juncta Capharsoree 10. miliaribus ab Eleuther-  
ropoli Nicopolim seu Emmaum versus.

Fuit patria Samsonis Jud. 13. 24. C. Saraa  
et Esthaol 600. viri illi Danita, quorum supra  
meminimus, proceperunt ad Urbem Laïs seu Le-  
sem, Jud. 18. 11. 10.

3<sup>o</sup> Esthaol Urbs ad Tormentem Soree, et Urbs  
Saraa ad Africum posita 10. miliaribus ab Eleu-  
theropoli Nicopolim versus. Primum Tribus  
Juda fuit, Jos. 15. 33. Deinde Tribu Dan aperta, ib.  
19. 4. Urbem hanc inter et Saraa Danita

castra metati sunt adversus Philistaeos, ubi Sam-  
son egregia stupenda fortitudinis suae edidit spe-  
cimina, Jud. 13. 25. Hic quoque sepultus est  
in tumulo patris sui Manue, postquam 20. annorum  
spatio Inzäl iudicasset, Jud. 16. 31.

4<sup>o</sup> Selebin seu Salebin Urbis Esthaol ad Gorum, Jos. 19. 42. Selebin Amorrhæi sibi oppugnauerunt, ~~Jos. 19. 42.~~ Sed Ephraimitæ et Manasse filii Josephi eos subjugauerunt, necnon tributarios sibi effecerunt, Jud. 1. 35. Hæc Resa-lomon fratre suo habuit unum ex illis duodecim, qui per singulos menses ei et domini sui amoniam præbebant, 3. Reg. 4. 9.

5<sup>o</sup> Hirsenes id est, Civitas Solis Jos. 19. 41. Selebin ad Aquilonem, et Saraa ad cauciam. Quibusdam eadem esse videtur ac Bethsames, que Bonnum Solis significat, et de qua Sup. 5. 1. egimus, id non obscure colligi ajunt ex 3. Reg. 4. 9. ubi inter Salebin et Elon ambas Daniticæ urbes collocatur. Cum enim Tribus Juda et Tribus Dan sint finitimæ, hinc fit, ut in Scripturâ modo uni modo alteri eadem Urbis tribuatur.

6<sup>o</sup> Ajalon, que et Ahialon, aliquando Elom, et Hilom dicitur, Tribui Dan assignata Jos. 19. 42. ac Levitis ea familia Cuath tradita Jbid. 21. 14. Jone Amorrhæos oppugnans lunam supra valem Ajalon stare jussit, Jos. 10. 12. De ea etiam fit mentio 2. Par. 28. 18. Urbis Selebin ad cauciam sita videtur.

7<sup>o</sup> Themna, alias etiam Thamna Urbis proximæ Tribui Juda Jos. 19. 57. postea vero Tribui Dan assignata Jos. 19. 43. Vocata etiam fuit Thamnata Samsonis historia celebris Jud. 14. 1. p. quam tunc tenebant Philistæi, Sita erat infra Saraam Modin inter et Emmaum. Euxcopolim versus Mare Mediterraneum in valle pularis vinetis ornata, in quibus Samson catulum Leonis discerpit, Jud. 14. 6. ad hæc vineta abuisse videntur Isaias 9. 2. et Jeremias 2. 21. Urbem hanc munivit Jonathas Machabæus 1. Mach. 9. 50.

8<sup>o</sup> Modin Vicus seu Urbis celeberrima, in qua Mathathias pater Machabæorum unam urbem filiis suis consedit 1. Mach. 2. 1. p. Judas unus ex dicti Mathathie filijs egressus circa Modin constituto nocte aggreditur Antiochi Regis pætorium atque 4000. viros interfecit, 2. Mach. 11. 14. p. Postmodum cum exigua 800. virorum manu adversus Barchidem et Alimum 20000. perditum et 2000. equitum instructos dimicans occiditur, ac in civitate Modin à fratribus suis Jonatha et Simone sepelitur, 1. Mach. 9. 6. p.

Urbis Modin haud procul à Mari sita erat tumulus enim in honorem Mathathie erectus à nautis à navi spectantibus videri poterat, 1. Mach. 13. 27. 28. 29. p.

9<sup>o</sup> Auaron seu Avron Akron et Ekron Urbis et Sacerdotia Philistinorum. Hæc in prima Tribuum Divisione Tribui Juda cessit, Jos. 19. tum Tribui Dan concessa est, Jb. 19. 43.

Haec prout à mediterraneo sita erat 2. Reg. 2.  
tum inter et Jamniam. Potens erat civitas,  
quam Hebraeos pacifice possedisse nusquam ex  
historia patet. Accaronitae primi Arcam  
Domini, quam fess Saulis exercitu ipsoque oc-  
ciso Philistaei ceperant, remittendam censue-  
re, ut à morbis, quos illius praesentia ipsi ac-  
cesserat, liberarentur 1. Reg. 5. 10. Idolum  
Musca seu Bealzebub primum Accaronitarum  
numen fuit, 4. Reg. 1. 2. 3. 6. p.

10. Geth seu Gath Urbs quinque celeberrimum  
Philistaeorum Urbium et Satrapiarum Ordine  
quarta, Jos. 13. 3. 1. Reg. 6. 16. 17. ad mare medi-  
terraneum Aegyptum inter et Accaron communi-  
ter collocatur. Eundem vero illam longe ad  
Meridiem versus Arabiam Petraeam collocant,  
quod 1. Par. 7. 21. illius incolae, qui rapina vivere  
solebant in Aegyptum, ubi Israhelites adhuc versa-  
bantur, descendentes Ephraimites primo occur-  
rentes adorti occiderunt: at vero id accidere  
potuit, quin propterea Urbs Geth in Arabia  
Petraea collocetur. Galis autem hunc scrip-  
turae locum interpretari videntur, qui ex eo  
colligunt, Ephraimitas in Aegypto adhuc versan-  
tes, inde egresos in Urbem Geth expeditionem  
molitos esse, atque hac occasione ab illius in-  
digenis tomidatos fuisse. Vid. G. Germani Car-  
tier Commentarium in hunc locum.

Inter Urbes Daniticas à Josepho Antiquitat.  
lib. 5. 2. 1. recensetur, quamvis in catalogo  
Urbium Tribuum Israel à Josue ducto nus-  
quam legatur.

Ab hac Urbe ortum dixerunt gigantes Go-  
liath altitudinis sex cubitorum et palmi 1. Reg.  
17. 4. quem David prostravit, 2. Reg. 21. 16. et eius  
frater cuius hasta lignum erat quasi liniato-  
rium texentium, quem percussit Adonathus  
filius Salthus Bethlehemitae, 1. Par. 20. 5. et  
alius senos habens digitos, id est, simul viginti  
quatuor, quem interfecit Jonathan filius  
Samaa fratris David. 2. Reg. 21. 16. et 17. Hi fue-  
runt filii seu de origine Rapha in Geth, 2. Reg.  
21. 17.

David Regni sui initia in hujus Urbis expu-  
gnatione auspiciatus est 2. Reg. 5. 1. et 1. Par.  
18. 1. Davidi Absalom filium suum  
fugienti se junxit Ethai de Geth cum sea-  
centis Gethaeis validis pugnantibus 2. Reg. 18.  
18. p.

2. Reg. 21. 20. recensetur bellum à Davide  
susceptum adversus Geth, inter bella ipsius  
ordine quartum: at bellum hoc non vide-  
tur esse aliud agnoscere ab illis, quo Regni  
sui initia auspiciatum esse fuisse pri-  
mum dicimus, atque Regem Geth Ge-  
thaeisque sibi tributarios duntaxat esse  
cit.

Semci servos suos ad Achis Regem Geth profugos persecutus, deorsum rediens, quod contra mandatum Salomonis Urbe egressus esset, infra ipsius interfectus, 3. Reg. 2. 36. p.

2. Par. 11. 8. Geth inter Urbes muratas à Salomone Salomonis filio edificatas recensetur. ex quo colligere licet vel Urbem hanc à Salomone occupatam fuisse, vel quod Roboam ipse ejusque filius Roboam jus praesidii in ea habuerint, Gethaique ipsorum tributaria fuerint. Labente regno ipsius Geth, jugum exiit, quare ab Ozia Rege Juda captata est et muris nudata 2. Par. 26. 6. postmodum Hazael Rex Syria eam obsedit ac obtinuit 4. Reg. 12. 17.

Sub prophetis Amos et Michaa Geth tanquam Urbs potentissima atque à jure Regni Juda exanta habebatur Amos. 6. 2. Mich. 1. 10. 14. quare illi vanae Ozias, ut diximus, et post ipsum Ezechias sub Michaa operam hanc frustra impenderunt.

Eadem est ac Gethaim, de qua 2. Reg. 4. 3. et 2. Reg. 11. 33.

Sub Davide inter milites corporis sui custodes seu Fraternos legis etiam Gethaorum cui praerat Ethai, recensetur 2. Reg. 15. 18. 19. et 18. 2.

Cum autem vox Geth seu gath. Coruella sonat, idcirco multa hujus nominis loca in Palaestina occurrunt.

11.º Gebbethon Urbs in plaga orientali Tribus Dan posita, Jos. 19. 49. Eadem forte ac Zabbatha. Baasa filius Ahia de Domo Tribus Issachar, Nadab Regem Israel Gebbethon, qua tunc Philistaeorum erat, obsidentem occidit, atque pro eo regnavit, 3. Reg. 15. 27. 28.

12.º Geth-Remmon, Jos. 19. 45. 10. miliaribus à Diopoli seu Lydda in via ad Eleutheropolim sita civitas. Levitis ex familia Caath caput.

4 13.º Jamnia seu Jabnia Urbs Maritima inter Azotum et Joppem. commode portu utitur. Eius nomen in textu Hebraeo et vulgata nostra Jos. 15. 45. non legitur sed tantum in Graeco ubi Jamnai dicitur, atque post Accaron in enumeratione Urbium Juda recensetur. Hanc Urbem Ozias Rex Juda filius Amaria à Philistaeis reduxit, 2. Par. 26. 6. Tribus Dan cepit teste Josepho Antiq. l. 5. c. 1. Portus Jamniae 240. Stadiis seu 30. miliaribus Romanis à Jerusalem abesse legimus 2. Mach. 12. 9.

4

#### §. IV.

#### De Tribu Benjamin.

Regionis Benjamin termini describuntur in Josue 18. 11. p. Sunt autem ad Orientem Jordanis flumen, ad Meridiem Tribus Juda ad Occidentem Tribus Dan, et ad Septentrionem Tribus Ephraim. In notari merentur 1.º Jericho Urbs aequae in Novo ac in Veteri Testamento celebrata, Tribus Benjamin apud Jos. 18. 25. Septem circiter miliaribus à Jerusalem ad Orientem, et duobus à Jordane ad Occidentem distans. Eam Moyses Deut. 34.

urbem palmarum appellat, siquidem ejus planities, palmis abundabat.

Hanc in Chanaanitide primam urbem Jone, promissis exploratoribus novis eoque miraculosis obsequiis genere expugnavit, pentitusque caecisam diis devovit, maledictioni subjiciens eam, qui in postea illam restaurare cogitaret, Jos. 2. 1. p. et 6. 1. p. Haec maledictio post 575. annos impleta est in Hiele de Bethel sub regno Ahab, qui eam urbem restituit, cum illius fundamenta jaceret primogenitum suum Abiram amisit, et cum portus imponeret, sequor illius natus minimus filius extinctus est, 3. Reg. 16. 34.

Præter tamen et ante Hiele statem urbs quaedam in eadem regione fuit, cui Jericho nomen, in vicinia Siliest veteris posita, nam tempore Judicium in eadem plaga Egloni Regi Moab parit urbs palmarum Jud. 3. 13. quæ non alia à Jericho fuisse videtur. Item Legati Davidis ab Ammonitis probrose habiti tandem in Jericho substituerunt, donec barbae eorum crescerent, 2. Reg. 10. 4. 5.

Has duas ejusdem nominis urbes satis aperte distinguit Josephus de Bello 6. 5. c. 9. ubi ait huc adhuc tempore fontem quendam occurrisse prope veterem Jerichentem à Jone olim eversam, quo circumjacentia arva late irrigabantur. Post reparatam à Hiele hanc veterem urbem in ea sedem habere nemo venit: Elisæus et filii prophetarum in illa domicilium habere, ipsæque Elisæus illius fontis aquas prius amaras et salvas dulces et juveni potabiles efficit, 4. Reg. 2. 18. p.

Jesus prope Jericho coctis vinum reddidit, Matth. 20. 34. Marc. 10. 52. et Luc. 18. 43. Hi etiam Christus, Jesus apud Zacheum principem Publicanorum dicitur, Luc. 19. 1. p. Rosas Jericho Scriptura commendat Eccli. 24. 18. Alias etiam hujus urbis Savi præsertim Veteris Instrumenti Scriptores frequenter meminerunt.

2<sup>o</sup>. Emmaus Viciis 60. Stadiis seu 7. miliaribus Romanis cum dimidiis à Jerosolyma distans versus Septentrionem. Illuc ipsa resurrectionis Christi die tendentibus duobus illius Discipulis ipse velut iter agens se junxit comitem, ac ibidem cum ipsis comans se agnosendum illis præbuit necnon subito ex ipsorum oculis evanuit, Luc. 24. 13. p.

3<sup>o</sup>. Maspha, Masphath, Masphe, urbs clarissima Jos. 18. 26. 3. Reg. 17. 22. 2. Par. 16. 6. Hæc Israëlita juramento se obstrinxerunt, quod filii Benjamin uxores de filiabus suis daturi non essent Jud. 21. 1. Olim in Maspha Hebraei orandi gratia convenire solebant, et coctus indicabantur, 1. Reg. 7. 5. 11. 16. 1. Mach. 5. 46.

4<sup>o</sup>. Maspha Bonis Maspha genericum nomen est. Sita erat in plaga occidentali regionis non atque locum in Sublimi positum significat procul à Gaboon, Jerosolyma ad caurum. unde in remotiora prospectus est, vigilesque locari soleant. Unde etiam plures hujus nominis urbes in Terra Sancta occurrunt.

4<sup>o</sup>. Gaboon Metropolis Gabaonitarum, qui post exisas à Jone urbes Jericho et Hielæ religionis specie illum et Seniores Israëlitis in

castris galgala adhuc moram facientes, deperunt  
à longinqua regione se venire simulantes, foederis  
cum populo Dei iituri, Jos. 9. 3. p.

Urbs Gabaon colli insidebat, quod ejus nomen  
indicat, Gabaon enim collem significat, 40  
Stadiis seu 5. miliaribus Romanis ab Jerusalem  
versus Aquilonem. Aliquando Gabaa in  
Scripturis sacris appellatur mutatis tantisper  
litteris sed eodem sensu, 2. Reg. 9. 25. ubi dicitur  
David percussisse Philistaeos de Gabaa usque  
gazera, quod 1. Bar. 14. 16. repetitur his verbis  
David... percussit castra Philistinorum  
de Gabaon usque Gazera.

Gabaonita ab Hebraeis veteribus regionis habi-  
tatoribus à quinque Chananaeis legibus obsequii  
opem à Jove implorant, qui accurrens eo-  
rum caso exercitu ipsos capit ac trucidat, Jos.  
10. 1. p.

Gabaon Tabernaculum et Altare holocausto-  
rum olim à Moysse conflata Gabaone erat  
sub finem Regni Davidis et initium Salomonis,  
cum Templum nondum constructum  
esset, 1. Bar. 21. 29. 30. Salomonque regno  
inito ibi ad offerenda sacrificia se contu-  
lit, 3. Reg. 3. 4.

Gabaonita ab Hebraeis veteribus regionis ha-  
bitatoribus genus dicebant, ac in eorum diti-  
one, prater Gabaon ceterarum Metropolim  
tres adhuc numerabantur Urbes, scilicet Cap-  
ra seu Caphara, Beoth, et Cariath-jarim  
qua Tribui Juda cessit.

5<sup>o</sup> Gabaa, gabai, gaba, et Gabee, ita  
gabaath, et Gebeeth, necnon juxta pronun-  
tiationem hebraicam Gibeà. Jos. 18. 24. 25. 26.  
2. Reg. 7. 30. Urbs Scriptura testimonio  
famosa; patria Saulis primi Israelitarum Regis  
unde Gabaa Saulis dicitur 1. Reg. 11. 4. Haec  
prouit à Rama posita erat ad occidentem,  
Jud. 19. 13. Josephus de Bell. lib. 6. c. 2. et  
Antiq. lib. 9. c. 2. viginti Stadiis, Hieronymus  
vero ad c. 5. Ofce septem miliaribus à Jerusa-  
lema distitam fuisse aperunt versus septentri-  
onem.

Civium sceleribus notissima fuit, praesertim  
violata junioris cujusdam Levitae, qui ad eam  
veniens ibidem pernoctavit, conjugem, et  
enecandi facinoris historia fuisse describitur  
Jud. 19. et 20.

6<sup>o</sup> Rama editum quid sonat, hic eo nomine  
intelligitur urbs Tribui Benjamin caesa Jos. 18. 25.  
posita Gabaa inter et Bethel Jud. 9. 5. et 19.  
Montes Ephraim versus 6. miliaribus à Jerusa-  
lema juxta Eusebium in locis. et 7. juxta S. Hierony-  
mum in Ofce 5. ad septentrionem. Via à Jerusa-  
lema ad Jerosolymam imminebat; unde Baasa  
Rea Israel, sub cujus ditione erat, illam mun-  
tionibus vadavit, 3. Reg. 15. 17. et 2. Bar. 16. 1.  
quis unquam à ditione Juda in Israel transiit

q 1. Reg. 13. 3.

2  
Nudum esse videtur delirium quin haec eadem sit<sup>2</sup> ai  
Ramatha sive Ramathaim-Sophim patria Sa-  
muelis Prophetae 1. Reg. 1. 1. 19. et 2. 11. item 7. 17.  
Cumque in confinis Ephraim sita esset, utriusque  
Tribus homines sapientias habebat.

In Rama Jeremias Propheta ex omnibus, qui  
de Jerusalem et Juda in Babylonem captivi de-  
cebantur, solus libertate donatur, Jer. 40. 1. Ra-  
 in Jezrael reportari se fecerat, ut curaretur,  
 invisens à Jehu interceptus, illicque urbem  
 egressus occiditur, ab eo in agro Naboth Jez-  
 raelitica occiditur, 4. Reg. 9. 18. p. Deinde  
 Jehu urbem ingressus Jezabel Ochozias  
 matrem per fenestram in plateam proci-  
 pitari jussit, aspersoque ~~ejus~~ sanguine ejus  
 pariete equorum ungulis conculcata est,  
 canesque illius cadaver devoraverunt, ib.  
33. p. Cives Samaria Jussu Jehu  
 Septuaginta filios Achab interfecerunt, et  
 eorum capita ad eum in Jezrael mittunt,  
4. Reg. 10. 6. p. Regio, qua huic urbi adja-  
 cet, ipsius nomine valis Jezrael, item Cam-  
pus Endelon vocatur.

2<sup>o</sup> Sunem seu Sunam, item Sulem Urbs  
 Tribui Issachar adscripta Jos. 19. 18. Sita in  
 Campis magno 5. miliaribus à monte Thabor  
 versus austrum, nec procul à monte Gelboi  
 ad occidentem. Philistaei cum Saule  
 proliantur ad hanc urbem castra habue-  
 runt, dum Saul ~~huc~~ ad montem Gelboi  
 sua constituerat, 1. Reg. 28. 4. Ibi, quod alibi  
 memoravimus, fuit Saulis exercitus, ipseque  
 et filii sui occiderunt, ib. 31. 1. p. Abitrag  
 virgo illa à Davide bene, quo ab ipsa foreve-  
 tur, ducta ex hac urbe originem ducit, 3. Reg.  
1. 23. 15. et 2. 17. 21. 22. Eodem nomine in  
 Scriptura vocatur mulier illa, quae Eliseum  
 prophetam, quoties Sunam venisset, hospitio  
 recipiebat, 4. Reg. 4. 8. p.

3<sup>o</sup> Ramoth Urbs non procul à Sunem ad  
 orientem. Tribui Issachar cedit Jos. 19. 21.  
 Eadem videtur esse ac Jaramoth Jos. 21. 29.  
 et Ramoth 1. Par. 6. 73. fuit Urbs Levitarum  
 4<sup>o</sup> Endor Urbs quamvis in Tribu Issachar  
 collocata, tamen Tribui Manasse attribu-  
 ta, Jos. 17. 11. 4. miliaribus à Monte  
 Thabor posita meridiem versus non procul  
 à Naïm: ~~quis~~ ~~orientalis~~ ~~partes~~ Hic Sisaram  
 à Gedeone fuisse immo videtur Eff.  
82. 11. vid. Judic. 4. 6. p. Endor sedes

4<sup>o</sup> seu Casaloth live Cesleth Thabor  
 urbe ad pedem ~~montis~~ hujus montis  
 collocata, de qua Jos. 19. 12. 18.

5<sup>o</sup> ad Cives Ramoth Jona de prada sua  
 misisse dicitur David. 2. Reg. 30. 27.

Pythoniæ fuit, quam Saul ante primum gelboe consuluit, 1. Reg. 28. 13.

5<sup>o</sup> Naim Urbs sita in confinis Tribus Zabulon duobus miliaribus à monte Thabor propè ad meridiem propè ~~Thabor~~ non procul ab Endor, Ibi Christus vidua filium, qui ad tumulum efferebatur, ad vitam revocavit, Luc. 7. 12. p. Toremus Cison inter Thabor et Naim fluit ad Jordanem pergens.

6<sup>o</sup> Aphec Urbs, ~~in valle Jezrael~~ sita non procul à Jezrael et ad idius Septentrionem, ubi primum castra metati sunt Philistai, cum Saul, ejusque exercitus viciniam Jezrael, et montes gelboe occupabant, 1. Reg. 29. 1. p.

## §. II.

### De Tribu Zabulon

Tribus seu regioni Zabulon communiter hi designantur termini, scilicet ad Meridiem Tribus Issachar, ad Orientem Mare Tiberiadis, ad Septentrionem Tribus Aser et Nephthali, et ad occidentem Mare Mediterraneum.

Hic demum obmunitat Relandus lib. 1. c. 28. p. 159. ubi, non putarem, inquit, hanc Tribum Zabulon: usque ad Mare extensam ob illa, quæ leguntur Jos. 19. 10. et 19. 26. ad Orientem fuit Mare generareth et pars Jordanis Matth. 4. 13. ad boream Nephthali Jos. 19. 34. ad austrum Issachar. Thabor erat in confinis Jos. 19. 12. 22. Hæc Relandus. Verum, quod

alibi jam diximus, non iidem semper fuerunt singulorum Tribuum limites, quos ipse initio Jomæ assignavit Jomæ, immo ipse adhuc vivente quidam id eorum mutati fuisse videntur: præterea limites hi, quos assignat Jomæ, tanta involuntur obcuritate præsertim quia gloria, quæ velut Tribuum terminos recenset, vel nusquam amplius extant vel nomen mutarunt, ut ex his certum quid pro statuendis dictorum Tribuum limitibus erui haud possit.

Certe gen. 49. 13. Jacob prædicit Zabulon in littore maris habitaturum, et in statione navium portaturum usque Sidonem, proinde illius terminus occidentalis Mare Mediterraneum haud improbe assignatur. Et quamvis Matth. 4. 13. dicatur Capharnaum esse in finibus Zabulon et Nephthali, non tamen inde sequi videtur

Tribum Zabulon ~~contineret~~ præter Mare Tiberiadis etiam attigisse Jordanem. Denique Jos. 19. 26. et 19. 34. dicitur Zabulon ~~contineret~~ ad mare usque et ad Jordanem, quod ~~non~~ ~~est~~ ~~improbabile~~ ~~quia~~ ~~in~~ ~~Matth. 4. 13.~~ ~~dicatur~~ ~~Capharnaum~~ ~~esse~~ ~~in~~ ~~finibus~~ ~~Zabulon~~ ~~et~~ ~~Nephthali~~ ~~et~~ ~~in~~ ~~statione~~ ~~navium~~ ~~portaturum~~ ~~usque~~ ~~Sidonem~~ ~~proinde~~ ~~illius~~ ~~terminus~~ ~~occidentalis~~ ~~Mare~~ ~~Mediterraneum~~ ~~haud~~ ~~improbe~~ ~~assignatur.~~ ~~Et~~ ~~quamvis~~ ~~Matth. 4. 13.~~ ~~dicatur~~ ~~Capharnaum~~ ~~esse~~ ~~in~~ ~~finibus~~ ~~Zabulon~~ ~~et~~ ~~Nephthali~~, ~~non~~ ~~tamen~~ ~~inde~~ ~~sequi~~ ~~videtur~~ ~~Tribum~~ ~~Zabulon~~ ~~contineret~~ ~~præter~~ ~~Mare~~ ~~Tiberiadis~~ ~~etiam~~ ~~attigisse~~ ~~Jordanem.~~ ~~Denique~~ ~~Jos. 19. 26.~~ ~~et~~ ~~19. 34.~~ ~~dicitur~~ ~~Zabulon~~ ~~ad~~ ~~mare~~ ~~usque~~ ~~et~~ ~~ad~~ ~~Jordanem~~, ~~quod~~ ~~non~~ ~~est~~ ~~improbabile~~ ~~quia~~ ~~in~~ ~~Matth. 4. 13.~~ ~~dicatur~~ ~~Capharnaum~~ ~~esse~~ ~~in~~ ~~finibus~~ ~~Zabulon~~ ~~et~~ ~~Nephthali~~ ~~et~~ ~~in~~ ~~statione~~ ~~navium~~ ~~portaturum~~ ~~usque~~ ~~Sidonem~~ ~~proinde~~ ~~illius~~ ~~terminus~~ ~~occidentalis~~ ~~Mare~~ ~~Mediterraneum~~ ~~haud~~ ~~improbe~~ ~~assignatur.~~

7 pleraque

equidem dicitur Jos. 19. 34. Zabulon esse  
ad meridiem Nephthali, at id non obest,  
quin etiam sit quoque ad meridiem Aseri.  
Hic recenseri merentur loca sequen-  
tia.

1<sup>o</sup> Savid seu Sared ad Torrentem  
Cison Sita<sup>Urbis</sup> versus mare mediterrane-  
um Jos. 19. 10. dicitur, quod Tribus  
Zabulon limites usque Savid proten-  
dantur, indeque versus orientem ad fi-  
nes Ceseteth-Thabor vergant. forte hic  
fines isti ad Mare Tiberiadis usque porrigi  
intelliguntur, quod Tribus Zabulon  
terminus est.

2<sup>o</sup> Nazareth urbs exigua in finibus  
Tribus Machar versus orientem. in latere seu radice  
montis ubi ad quem iudaeus Endelon campus  
desinit, 3000 passuum a Ierusalyma, 7. q<sup>a</sup> Mari medi-  
terraneo versus orientem, et 2. a monte  
Thabor ad occidentem posita. Undique  
montibus cingitur, qui tamen arva  
habent frugifera, necnon pulchris ar-  
boribus et plantis variisque salubribus  
herbis luxuriantur, unde nomen Naza-  
reth non incongrue quidam Interpretes  
florem et succulentum seu germen ver-  
tunt, atque hanc urbem et Christum Ser-  
vatores nostrum, qui in ea conceptus  
est et educatus, Isaiam intellexisse ajunt  
c. 11. 1. ubi ait: Egredietur virga de radice  
Jesse id est in familia David: et flos  
de radice ejus ascendet.

Urbis Nazareth in Veteri Testamento  
nulla fit mentio, vel quia prioribus tempo-  
ribus obscura admodum fuit, vel quia  
forte nomen mutavit; at in Novo tan-  
to magis celebratur. In ea enim Christus  
homo Deus carnem induit, Luc. 1. 31. p.

atque pluribus annis eam incoluit, ac Josepho  
et Mariae matris sua subditus vixit Luc. 2. 53.  
atque ea eadem Nazaraei nomen accepit.  
postquam predicare coepit, interdum in  
ejus Synagoga concionatus est, Luc. 4. 18. p.  
cum autem a suis popularibus, generis ipsius  
ignobilitatem, ut qui fabri filius diceretur,  
de dignantibus, minime ei fides praes-  
taretur, prodigia ibi paucissima patravit,  
Matth. 13. 54. p. Cumque eos increduli-  
tatis argueret, irati eum in montem, ad quem  
Civitas erat edificata, supercilium duxerunt,  
ut inde eum praecipitem agerent, Luc. 4. 23. p.  
Inde alio transiit, ultimus  
vite suae annis in Urbe Capharnaum habita-  
vit, Matth. 4. 13.

Modo Nazareth non nisi vilis vicus est,  
quem incolunt Arabes. 5. h. Minores de  
observantia ibi conventum habent et Eule-  
siam eo loco, ut ajunt, in quo Domus B. V. Ma-  
riae fuit, positam.

q inter et Nazareth.

q miliaribus transessum Ierusalymam, 7. q<sup>a</sup> Mari medi-

3<sup>o</sup> Casaloth seu Ceseleth - Thabor, Jos.  
19. 12. 18. Urbs ad pedem montis Thabor ver-  
sus orientem posita. pro uno terminorum

Tribui Zabulon à Josue assignata, ib. 18.  
4<sup>o</sup> Tiberias Urbs celebris sita ad litus seu  
ripam occidentalem lacus Genesareth seu Ma-  
ris Galilaeae, quod ab ipsa etiam mare Tiberia-  
dis dicitur 12. circiter miliaribus à Bethsaida  
et 18. à Capharnaum versus meridiem.

Ab Herode Agrippa condita dicitur an. Chr.  
17. atque in honorem Tiberii Imperatoris  
ipsius nomine Tiberias dicta. Non pro-  
cul ab ipsa versus austrum in loco Emaus dicitur  
fuisse condantia ex aquarum balnea.

Communis post Eusebium et S. Hieronymum  
fuit opinio hanc urbem non relictam ab Herode  
constructam fuisse sed restauratam. Iuxta  
veterumque idius nomen esse Ceneseth seu Ge-  
nesareth. at id admodum incertum est

inde colligi videtur, quod Urbs Ceneseth  
ta fuerit in Tribu Nephthali Jos. 19. 35. Tri-  
bus autem haec ad austrum ultra Capharna-  
um posita non fuerit, Capharnaum enim  
sita fuit in confiniis Zabulon et Nephthali  
Matth. 4. 13. cum igitur Tiberias in

Tribu Zabulon posita longius ad austrum  
à Capharnaum remota fuerit, Ceneseth  
autem Urbs fuerit ultra Capharnaum ad  
Boream collocata, certe non potuit esse  
eandem ac Tiberias. De hac Urbe in  
Novo Testamento non fit mentio nisi  
occasione Maris, quod ab idius nomine  
Mare Tiberiadis dicitur, Joan. 6. 1. 23. c.  
21. 1.

5<sup>o</sup> Bethsaida ex vico Urbs sita creditur  
ad ripam Maris Genesareth in confi-  
niis Tribus Nephthali non procul à Ca-  
pharnaum. At D. Calmet eam  
ultra Jordanem ~~posuit~~ prope Jordanis  
ostia ubi in idius mare influit collocat  
fultus auctoritate Josephi, qui Ant. 6. 11.  
13. et de Belo 6. 2. 13. eam trans Jordanem  
in regione Gaulanitica posuit, atque à  
Philippo Herodis Antipae fratre Iturae  
Traconitidis legionis Tetrarcha resta-  
ratam ornatum et auctam, necnon  
antiquato ejus veteri nomine Juliam  
seu Juliadum appellatam memorat.

Verum non in Traconitide aut Itu-  
rea sed in Galilaea ad mare Genesae-  
reth, proinde ad idius occidentale litus  
Bethsaidam sitam fuisse testantur  
Evangelista Marcus 6. 45. et 8. 22. Jo-  
ann. 12. 21.

Equidem non ignoramus  
quorundam tueri partem Gaulanitidis et  
am Galilaam dictam fuisse, attamen  
qua hanc in rem proferunt argumenta  
non sunt omnino secretoria. Certe  
Novi Testamenti Scriptores Evangelisti

7 Tribus Nephthali

universam Galilaeam cis Jordanem colorare videntur: Et navigaverunt ad regionem Gerasenorum, quae est contra Galilaeam, inquit S. Lucas c. 8. v. 26. Haec supposito Jo-

sephus, quem eruditi interdum oritantiis arguunt, commode cum Evangelistis nostris conciliari posse videtur, si bina ejusdem nominis urbes statuantur, quarum una cis Jordanem, altera vero trans Jordanem in Gaulanitide sita fuerit: De illa sermonem esse apud Evangelistas, hanc vero intellexisse Josephum, eamque ipsam esse, quam Philippus Tetrarcha restauratam, ornatum, et autam, antiquato ejus veteri nomine, Juliadem numparavit. Neque

etiam absurdum videtur, binas admittere hujus nominis urbes, quarum una cis-altera trans Jordanem seu Mare Tiberiadis sita fuerit, cum enim ~~Bethsaida~~ nomen Bethsaida ex hebraeo Beth quod domum, et tsaida quod verationem seu piscationem significat, compositum sit, quid obest, quin nomen hoc pluribus ad mare positis conveniat locis? Denique cum Evangelista Tiberiadis, quod etiam vocens nomen fuit, meminissent, Juliadis vero nunquam, quamvis tamen antequam

Christus predicandi munus exorsus esset, Philippus Tetrarcha Iturae p. jam fuerit, Luc. 3. i. nomenque Bethsaida in Juliadem mutavit, omnino verisimile est, quod ubi apud Evangelistas nomen Bethsaida occurrit, urbs cis-jordanica intelligi debeat: id manifestè colligitur, quod Luc. 6. i. p. Christus post

scollatum Joannem Baptistam à patria sua, quae cis Jordanem erat, exiens navi rectus trans mare Tiberiadis in desertum locum ~~loperit~~ cum Discipulis suis secesserit, Matth. 14. 13. Marc. 6. 32. quos postea regressi atque navi ascensâ transfretum ad Bethsaidam illum procedere iussit, Marc. 6. 45. Joan. 6. 17. Unde quando Luc. 9. 10. Desertus

hic locus dicitur, quod sit Bethsaida, sensus non est, quod prope Bethsaidam fuerit, sed à regione illius trans Mare duntaxat.

Ad hanc urbem loape divertit Jesus, ubi etiam à deserto loco, ad quem se trans mare receperat, regressus eorum curavit, Marc. 8. 22. p. Ibi etiam quamplurima alia miracula edidit, quibus utat sermonibus suis nihil permoti inole tandem aeternum ea ipsis imitantem audierunt, Luc. 10. 13.

Ad hanc urbem loape divertit Jesus, ubi etiam à deserto loco, ad quem se trans mare receperat, regressus eorum curavit, Marc. 8. 22. p. Ibi etiam quamplurima alia miracula edidit, quibus utat sermonibus suis nihil permoti inole tandem aeternum ea ipsis imitantem audierunt, Luc. 10. 13.

Bethsaida Apostolorum Petri Andreae et Philippi patria fuit. Joan. 1. 44. et 12. 21.

6. Sephoris urbs celebris et Galilaeae metropolis, dein Dioscasarea appellata, 18. vel 10. duntaxat milliariibus à Tiberiade ad occidentem posita non procul à Thabor et à magno Campo. De ea in Sava Scrip-

7 Joan. 6. i.

4 Matth. 11. 21.

q illius

tura nulla fit mentis; cum tamen recensere  
placuit, quoniam vobis amplissima pars ac vobis  
in Balastina mediterranea sita, <sup>et</sup> post con-  
cepam juniori Agrippa Galilaeae Metropoli  
constituta fuit. optima quoque totius regionis  
fuit habita est.

7<sup>o</sup> Geth-opher sive Geth-Epher, vel Geth  
vobis inter Civitates Tribus Zabulon recensita  
Jos. 19. 13. Ejus situm 2. miliaribus à Saphori  
ad meridiem montem Thabor versus statuit  
S. Hieronymus. fuit patria Jona Propheta  
4. Reg. 14. 15.

8<sup>o</sup> Cana Galilaeae. Vobis Saphorim inter et Nazareth  
6. Miliaribus à Saphori ad occidentem  
et 4. à Nazareth ad Euro-Aquilonem vulgo  
locata. Primo Christi miraculo, ubi aqua  
in vinum mutavit, celebris, Joan. 11. 1. 2. p.

9<sup>o</sup> Jeconam sive Jeconam Vobis Tribus Za-  
bulon assignata Jos. 19. 11. et Levitis ex fa-  
milia Merari attributa ib. 21. 34. Ea-  
dem est ac Jechanan Carmeli, sic dic-  
ta, quod haud procul à Carmelo distat  
ac fortè aetate Josue ei pro aliis vobis  
proxima fuerit, cujus Regem Josue  
interfecit, Jos. 12. 22.

q non procul à monte Carme-  
lo ad Septentrionem.

10<sup>o</sup> Zabulon Vobis sita in confinis Tribus  
Aser, Jos. 19. 27. q <sup>prolemaicis</sup> <sup>proximo</sup>.  
Abialon Israelis Judex eam patriam habuit  
ac in illa sepultus est, Jud. 12. 12. In-  
ter vobes Tribus Aser numerata fuisse vide-  
tur Jos. 19. 27.

§. III.

De Tribu Aser.

In designandis finibus Tribus Aser non satis  
convenit inter Scriptores. Relandus ex Jos. 17. 7.  
10. contendit eam ad austrum habuisse Tribum  
Manasse, ad occidentem Mare magnum, ad  
Boream fines terrae Israeliticae, et ad Orientem  
Tribus Zabulon et Neptali ex Jos. 19. 34.

Calmet vero hos eadem terminos assignat:  
ad occidentem Phoeniciam, ad septentrionem  
Libanum, ad meridiem Carmelum et Tri-  
bum Issachar, et ad orientem Tribus Za-  
bulon et Neptali; additque hanc Tribum  
nunquam eum regionis tractum sibi attri-  
butum totum possedisse, ut qui ultra li-  
banum ad Syria et Phoenicia portionem  
perrectus fuerit, hujusque rei causam fuisse  
sive hominum avaritiam et torporem, sive  
crimina, sive haec omnia simul.

Cum autem legamus Jos. 19. 28 p. Tribus  
haec pro termino assignari Sidonem, Ty-  
nam, et Achzibum, quae vobes  
Maritima fuerunt, merito arbitra-  
mur eam versus occidentem mari con-  
terminam fuisse. Nec tamen absum-  
mus quin Jona aetate ~~ex~~ ad latus suum ori-

4 ei fuerint

entale exiguum terra spatium seu linguam, quae nos alibi Tribus Zabulon et Issachar adscripsimus, possederit usque ad Tribum Manasse, sique quantum ad hanc portionem amba Tribus Zabulon et Issachar fuisse orientales, quae tamen postmodum hisce Tribus ceperit.

Quidquid ea de re sit nos hic eos sequimur, qui huic Tribui hos assignant limites, scilicet ad Meridiem Tribum Zabulon, ad Orientem Tribum Nephtali, ad Septentrionem Montes Libani, et ad occidentem Mare Magnum.

Regio haec solum habebat omnium maxime pingue; praecipueque, qui eam perfleunt, fluvii, sunt Belus seu Balanus, qui prope Stolemaidem, et Eleuterus, qui Tyrum et Sareptam inter in Mare influunt. In ea notari merentur sequentia loca

1<sup>o</sup> Stolemais Urbs maritima ad Belum sita, cuius vetus nomen hebraicum Acco seu Acco fuit Jud. i. 31. Anna Urbs, quae Jos. 19. 29. Tribui Aser assignatur, alios ignota, forte eadem est ac Acco, cuius nomen Annamensium invidia corruptum fuerit. Unde Stolemais dicta fuerit incertum est.

Veteres ejus incolas Tribus Aser, cui ipsa obtigerat, non delevit, sed quietos et sub Chananaeorum seu Phoenicum ditione reliquit, Jud. i. 31. Sub nomine Stolemaidis ambo Machabeorum libri illius frequenter meminere, ut 1. Mach. capitibus 5. 10. 11. 12. 13. 2. Mach. c. 12. item act. Apost. c. 21. v. 7.

2<sup>o</sup> Cabul Jos. 19. 29. sive Chabul 3. Reg. 9. 13. Urbs non procul à Stolemaide ad meridiem Tyri posita. Ab hac Urbe Regem Tyri eas Urbes, quas pro exhibitis ad Templi constructionem subsidis à Salomone acceperat, Terram Chabul appellasse plerique autumant.

3<sup>o</sup> Anaph seu Stechapho Urbs cuius Regem Josue profligavit Jos. 12. 25. et quam Tribui Aser adscripsit c. 19. v. 29. Ad Mare Mediterraneum sita fuit Tyrum inter et Stolemaidem trium viciter horarum spatios itinere ab hac distita.

4<sup>o</sup> Tyris Urbs Phoenices florentissima Iustitiae Zor seu Tzor, dicitur, Petra, Tribui Aser assignata Jos. 19. 29. ubi et ciuitas unitissima vocatur. Non tamen legimus hujus Tribus viros illius possessionem unquam adeptos fuisse, aut Chananaeos ea ca populasse. Sane Davidis et Salomonis aetate proprium Regem habuit, 2. Reg. 9. 11. 3. Reg. 5. 1. 7. 13. 9. 11. 12. 1. Par. 14. 1. 2. Par. 2. 3. aliorum

De ea tunc in Veteri tunc in Novo Testamento frequens est memoria. Sunt qui contendunt hanc urbem primum post aetatem Josue caelitatem fuisse necnon urbem Mikgar Dor, quam vulgata reddit ~~Civitas~~ Civitatem munitissimam Tyorum aliam esse à Tyro de qua num loquimur, et qua Isai. 23. 12. Sidonis filia dicitur Colonia numpatur, unde videtur esse Sidon recentior. Josephus ~~et~~ etiam tradit Tyorum nominis 240. ante Templum Salomonis conditam fuisse, id est 200. post Josue annis. Et Homerus solius Sidonis, nunquam vero Tyri meminit.

q. ant. lib. 9. c. 9.

Ut cum certum sit hoc eodem nomine duas venire urbes, quarum una Graecis Palatyrus Latinis Tyris antiqua, altera simpliciter Tyris dicitur, illaque in continenti ad litus Maris posita erat, altera vero in Insula cuius quo 30 stadiorum, ut Strabo memorat, vel 700. passuum, ut ait Plinius l. 5. c. 19. inter duas intervallo à continenti distincta, dicendum de Tyro antiqua sermonem esse apud Josue, in scriptura in libris Regum et Paralipomenon loc. cit. quod velint aliqui Ty alteram Tyorum necnon vel ipsa Salomonis aetate conditam fuisse: contra quam tamen contendit Josephus: et hanc ab Isai Sidonis filiam appellari. Josephus l. 1. c. 8. cont. Appian. et Dio et Menandro Ephesio Phoenices, historia scriptoribus refert Hiram Salomonis amicum aggere in Mari constructo urbem et Templum Herculi unicum in tota insula junxisse. et Plinius it. loc. eam opera Alexandri Magni, dum eam obsideret, continenti junctam fuisse ait.

4 forte

Tyri excidium propheta praedixerunt Isaias c. 23. v. 1. Jeremias c. 27. 3. et 47. 4. Ezechiel c. 26. 2. p. 27. 2. p. 28. 2. 11. 29. 18. Joel c. 3. 4. Apoc. c. 1. 9. 10. Zacharias c. 9. 2. p. primum quidem à Salmanasare obsessa fuit et devastata; deinde à Nabuchodonosore, quam deversionem fuisse describit Ezechiel loc. cit. Denique ab Alexandro magno. Disceptant conditi an hae repetita et a Sanctis prophetis praenuntiatae obsidiones, et vastationes, de utraque urbe sint intelligenda an vero de una tantum. Parte utramque excisam fuisse comperimus habemus, novamque, quamvis saepius oppugnata tamen semper restauratam fuisse ac caput retulisse, proinde de ea intelligendum esse quod dicit Isaias c. 23. v. 15. 17. iam scilicet in oblivione septuaginta annis futuram, ac post eos demum restaurandam fore: veterem vero nunquam amplius fuisse restitutam, ejus nominis quaedam remanserunt vestigia, ut aquaeductum à continenti in Insulam aquas deducantium rudera; ac de illi potissimum locutus fuisse videtur Ezechiel c. 26. v. 21. ubi haec idem adloquitur: ~~Et~~

7 Tyri

nihilum te redigam et non eris, et requisita non  
invenieris ultra in sempiternum. et c. 24. v. 36.  
ad nihilum deducta es, et non eris neque in per-  
petuum.

Apostolorum In libris Machabaeorum fit  
etiam Tyri mentio, ut 1. Mach. 5. 15. et 11. 59.  
Item 2. Mach. 4. 18. 32. 44. Item in Novo  
Testamento Matth. 11. 21. 22. et 15. 21. Mar.  
3. 8. et 7. 24. 31. Luc. 6. 17. et 10. 13. 14.

Apostolorum etate Tyrum ad Christianorum  
Sera transivisse, atque in ea multos fuisse  
fideles colligitur ex Act. c. 21. v. 3. 7.

5<sup>o</sup> Sarepta urbs Sidoniorum in Phoenicia  
inter Tyrum et Sidonem 9. miliaribus à Ma-  
ri 20. à Tyro et 10. à Sidone. Elias Prophe-  
ta, cum famem regnum Israel die venisset,  
ad hanc urbem veniens in domo pauperis viduae  
divertit, cuius animum multiplicavit, ut  
toto illo triennio, quo famem duravit, nullam  
populi sit peruriam, illius quoque filium mor-  
tuum ad vitam vocavit, 3. Reg. 17. 9. p. et 18. 1.

6<sup>o</sup> Maara Sidoniorum. Hoc nomine alii  
urbem, alii specum, pratum, sive regionem  
Sidoniorum intelligunt. Sarepta inter Si-  
donem et Sareptam huic ad Euro-aquilo-  
nem. Regionem intellexisse videtur Josue  
c. 13. 4. Maara hebraice sonat cavernam.

7<sup>o</sup> Sidon urbs vetustissima simul et floren-  
tissima, hodie Zaida nuncupata, à Sidone filio  
Chanaan natu majori condita, prout alibi jam  
advertimus. Sita est ad Mare Mediterraneum  
in amano agro 200. Stadiis seu 25. miliari-  
bus Romanis à Tyro ad Septentrionem, sicut  
itinere à Baneade seu Dan, ubi fontes Jor-  
danis, ad occidentem. Portu commodis in-  
struita est, Imporiumque fuit celeberrimum.

Tribui Aser adscribitur Jos. 19. 28. ubi Sidon  
magna vocatur, unde nata quorundam suspi-  
cio, duas fuisse ea etate Sidones, quarum una  
Magna altera parva dicta fuerit, quae seu  
minor, cuius tamen apud veteres scriptores  
et geographos altum silentium, adeoque  
credendum, ob propriam suam distantiam ex-  
cubentiam et sine ullo ad aliam minorem  
respectu q. Jud. 1. 31. etiam in sorte Tribus  
Aser recensetur; nunquam tamen factum  
est, ut ea huius Tribus viri potiverentur.

Clarissima Sidoniorum Numina fuisse Baal  
et Astarte, seu Sol et Luna, item Herulos.  
Phoenicum seu Sidoniorum cultus saepe in-  
ter Hebraeos inchoavit, potissimum post ductam  
ab Achabo Rege Israelis Jezebel filiam  
Etbaalis Regis Sidoniorum 3. Reg. 16. 31.

De hac Urbe in utroque Testamento fre-  
quentissime loquitur Scriptura, ut Gen. 10.  
19. et 49. 13. Jos. 11. 8. et 19. 28. Jud. 1. 31.

q. sic à Jone nuncupata  
fuisse

et 10.6. item 18.7.28. 2. Reg. 24.6. Isai. 23.  
2.4.12. Jer. 25.22. et 27.3. item 47.4. Isai.  
Ezech. 27.8. et 28.21.22. Jool 3.4. Zachar.  
9.2. 1. Mach. 9.15. Matth. ii. 21.22. et  
15.21. Mar. 3.8. et 7.24.31. Luc. 6.17. et  
10.13.14. Act. 27.3.

q Rohob Urbs Tribui Aser aperta  
Jos. 19.28. et Levitis de familia  
 Gerson ad habitandum tradita  
ib. c. 21.31. In via seu introitu  
 Emath sita erat, Num. 13.22. et  
2. Reg. 10.6.8. Civitas Laïs seu  
 Dan in regione Rohob collocata  
 fuit, Jud. 18.28. ab Hebraeis  
Rochob nuncupatur.

§. IV.  
 De Tribu Nephthali.

Tribus Nephthali regis frumentum, olei, et  
 pammorum dives limitas habuit ad ortum  
 Jordanem, ad austrum Mare Tiberiadis  
 et Tribum Zabulon, ad occiduum Tribum  
 Aser, et ad Aquilonem Montes Libani.  
Jos. 19.32. p. Nephthalitis adscripta fuit,  
 hique, ubi illius adire possessionem,  
 non omnes Chanaanos expulerunt aut dele-  
 verunt, sed vestigales duntaxat sibi fece-  
 runt, Jud. 1.33. cumque pro ceteris Tribu-  
 bus maxime Septentrionales essent, hinc  
 inter primos fuere, quos invasit Rex Syria  
 et captivos abduxit, 4. Reg. 25.29.

Isaias c. 9. v. i. praedicit ipsos visuros lucem  
 Christi, et iis annumerandos fore, qui pro-  
 ves Evangelii lumine illustrarentur. Et  
 profecto Christus Dominus frequentius et diu-  
 tius quam alibi, in Galilea, et potissimum  
 in Tribu Nephthali praedicavit, Matth. 4.13.  
15. hic notari merentur sequentes  
 Urbes

1) Emath Urbs ad radices Montis Libani,  
 sita in confinis Provinciae Damasci. Veri-  
 simile est eam ab Emath seu Amath, quem  
 vulgata nostra Gen. 10.13. Amathum  
 nominat, fundatam fuisse, ejusque no-  
 men asumpsisse. Jos. 13. v. 5. Terminis Ter-  
 ra promissa à Deo designatis ad Aquilonem  
 designatis recensatur. Jb. 19.35. Tribui  
 Nephthali tribuitur, qua tamen ibidem  
 fuisse potitam Scriptura non meminit, pro-  
 ut colligitur ex Judic. 3.3.

q in Scriptura sacra

Emath Caput fuit ejusdem nominis Regni,  
 de quo non solum ac de ea frequens occurrit  
 sermo: ut Num. 13.22. ubi à Moysse ad  
 explorandam Terram promissam missi à  
 Deserto Sin usque Rohob intrantibus  
Emath, id est, usque ad confinia regionis  
Emath, penetrarunt, et C. 34. v. 8. Ter-  
 minus Septentrionalis ejusdem terrae pro-  
 missae Emath à Moysse designatur, Jos.  
13. v. 5. ut primus annotavimus, inter  
 fines illius à Deo assignatos numeratur:  
Donac ingradivis Emath. Jud. 3.3. inter  
 populos, qui, sic disponente Deo, ab Isaac  
 etis delicti haud fuerunt, recensentur



3<sup>o</sup> Sabarim Ubs limes Septentrionalis Terra  
promissae. Tam Ezechiel c. 47. 16. inter fi-  
nes Emath et Damasci constituit.

4<sup>o</sup> Dan seu Lais in Tribu Nephtali sita  
sed ad Tribum Dan pertinens, qua loquens in  
Scriptura fines seu extremitates ditioris Ibrae-  
liticae versus Septentrionem designantur p.  
vid. que de ea diximus supra Cap. 1. 8. 3.

5<sup>o</sup> Cades Ubs Tribu Nephtali tradita Jos. 19. 37  
Civitas refugii constituitur et Levitis ex fami-  
lia Gerson traditur ib. 20. 7. et 21. 32. Patria  
fuit Barac, qui una cum Deborah Prophe-  
tice Sisaram Principem militiae Regis Jabin  
devicit, Jud. 4. 5. Sub Chace Rege Israel  
Theglathphalasar Rex Assyriae cum occupa-  
vit, ~~prope~~ et universam Terram Nephtali,  
et idius incolas transtulit in Assyrios, 4. Reg. 18.  
29. Eusebius et S. Hieronymus eadem 20. mil-  
liaribus à Tyro prope Pancadem collocant.

Dicta est Cades Nephtali ad distinctionem  
aliorum ejusdem nominis Urbium in aliis Tri-  
bus collocatarum. Dominus Calmet q.

6<sup>o</sup> Enan. De hac Ube sic eloquitur Cal-  
met: fortasse eadem est ac Enna sive Inna  
Propheta Ezechiel c. 48. 1. <sup>de Enna</sup> et prius versu  
c. 47. 17. De Enon velut de limite notissime  
ore Septentrionalis Terrae promissionis loqui-  
tur. Apud Moysen haec verba occurrunt  
Num. 34. 9. Istantque confinia: Terra pro-  
missionis: usque ad Zephrona, et Villam  
Enan, hi erunt termini in parte Aquilo-  
nis.

~~6<sup>o</sup> Enon Ubs, quod Josue non fit mentio.~~  
At apud Moysen haec verba occurrunt Num. 34.  
8. 9. 10.

6<sup>o</sup> Enan Ubs. Idius non meminit Josue  
At Num. 34. <sup>11. 9.</sup> ubi Terra promissa situs et  
limites, iuxta quatuor Orbis plagas descri-  
buntur, ~~et~~ villa nuncupatur, atque una-  
cum Emath et Zephrona velut terminus  
aquilonaris terrae promissae constituitur.  
Ezechiel quoque c. 48. 1. idem circa eam  
statuit, quam c. 47. 15. <sup>Enon</sup> nuncupat.  
<sup>credidit</sup> eadem epla ac En-Hazar quam  
Josue c. 19. 37. Tribu Nephtali adscribit.

7<sup>o</sup> Nephtali Ubs posita in confinis Tri-  
bus Zabulon, non procul ab Ube Naapton  
versus orientem, et Sephet versus meridiem.  
Patria Tobia, Tob. 1. 1. Harum Urbium  
nupiam alias in S. Scriptura fit mentio.

8<sup>o</sup> Capharnaum Ubs maritima, cujus  
in Veteri Testamento nupiam fit mentio;  
at contra in Novo frequenter ab Evan-  
gelistis memoratur, ut Matth. 4. 13. 8. 5.  
11. 23. 17. 23. Marc. 1. 21. 2. 1. 9. 32.

q. arbitratur, quod sit eadem ac  
Nephtali patria Tobiae, Tob. 1. 1.  
Communiter tamen utraque  
distinguitur. De Nephtali  
mox erit nobis sermo.

q. Enna

Luc. 4. 23. 31. 7. 1. 10. 15. Joan. 2. 12. 4. 46.  
6. 17. 24. 60. Sita fuit ad Lacum Tiberiadis,  
Joan. 6. 17. et in finibus Tribuum Nephtali et  
Zabulon, Matth. 4. 13. ad eam ut incertum sit ad  
quamnam pertineat. Quo autem proprie locus  
posita fuerit, ignoratur; parum tamen a Beth-  
saida eam abfuisse ex Evangelio discimus,  
Matth. 11. 23. Luc. 10. 15. Hic Jesus spatio  
trium suae praedicationis annorum ut plurimum  
demonstratus est, Matth. 4. 13. 8. 5. 17. 23. Marc. 2.  
1. 9. 32. Unde etiam civitas ejus dicta est, Matth.

7 Joan. 6. 60.

7 am S. Petrus Iosumum habuit,  
Matth. 8. 14.

9. 1. In hac urbe etiam plures ac in eius  
Synagoga plures praedixit, plurisque miracu-  
la adidit: verum quod Capharnaum parum  
proficerent, tandem eis ultimum minatus est  
et praedixit exitium, Matth. 11. 23. Luc. 10. 15.  
Ibidem Matthaeus à telonio revocatus est, ut  
Christum sequeretur, Matth. 9. 9. In ea eti-

9. Cenereth, Ceneroth, Genesar seu gene-  
sareth Urbs Tribui Nephtali attributa, Jos. 19.  
35. S. Hieronymus et alii crediderunt Cene-  
rath eandem fuisse cum ea, quae Tiberias  
postmodum dicta fuit, eò quod Mare Galilaea  
antequam Tiberiadis nomine insignitum fuerit,  
Lacus Cenereth seu Stagnum Genesareth, Luc. 5.  
1. et Aqua Genesar, 1. Marc. 11. 67. nomen pa-  
retur. At Relandus lib. 1. c. 28. p. 161. id

omnino incertum, si non falsum, esse videtur  
demonstrare ex eo, quod termini australes  
Tribus Nephtali initium sumant à Capharna-  
um, nam S. Matthaeus c. 4. 13. notat Caphar-  
naum situm habere in finibus Zabulon et Nephtali;  
Nephtali erat ad boream, Zabulon vero  
ad austrum: cum itaque Tiberias multo aus-  
tralis urbe Capharnaum atque in Tribu Za-  
bulon posita fuerit, apertum esse ait, illam  
cum urbe Cenereth, quae in Tribu Nephtali  
erat nempe ad eam pertinebat, minime con-  
fundendam esse.

Verum hanc difficultatem momento soluisse  
se arbitratur Joannes Christophorus Havenber-  
gus Praepositus S. Laurentii Scheming. Is  
etiam in sua, quam anno 1750. edidit, chorogra-  
phica Terra Sancta Tabula, Tribum Zabulon  
ad orientem à Mari Galilaea removet, ac secundum  
illud à Capharnaum urbe: quam, ut in confi-  
niis utriusque Tribus esse videatur, atque hoc ten-  
turi Matth. 4. 13. Stat hanc veritas, etiam ab eodem  
Mari disjungit: terra linguam ultra Tiberia-  
den versus austrum protendit velut Tribus Nephtali  
appendicem, sicque hanc urbem eandem  
esse ac Cenereth statuit, ac in Tribu Nephtali  
collocat.

Hoc solum Systema ex eo forte haurit, quod  
Jos. 19. 34. dicitur terminum filiorum Nephtali  
pertransire in Zabulon contra meridiem:  
verum id non ita intelligi debere videtur, quasi  
terminus Tribus Nephtali in ipsam Tribum Za-

bulon penetraret, sed quod ad eam usque pertinet  
sive seu porigeretur, prout id ipsum etiam ibidem  
de Tribu Aser intelligendum est, ubi terminus Nephtali  
quoque in Aser contra occidentem pertransire  
dicitur. Deinde Evangelista Cæsaris, citatis  
aperta in mare videntur Capharnaum Urbem in  
altiore maris litem fuisse.

Quidquid ea de re sit, profecto Urbis Cenereth  
haud procul à mari inò in illius ora lita fuisse  
videtur, ut quod illius nomine nuncupatum  
fuerit, idque inde conitur, quod cum Christus  
et Discipuli eius Mare istud transstarent, in  
terram Genesar seu Genesareth, que eadem est  
ac Cenereth, venerint, Matth. 14. 34. Marc. 6.  
53.

10<sup>o</sup> Abel seu Abela Urbis illustis et Mater  
in Israel nuncupata 2. Reg. 20. 19. In parte  
septentrionali Terra Israëlita litem fuisse  
colligimus ex 2. Reg. 20. 14. Ubi Joab, cum ad eam  
obviendam pergeret, à Jerusolyma ad septen-  
trionem per omnes Tribus Israël progressus  
fuisse scribitur. Contra fuisse videtur ad occi-  
dentem vel austrum Damasci seu Dan, quod  
inimè videtur 3. Reg. 15. 20. Ubi Benadad Rex  
Syria qui regiam habebat in Damasco misit  
Principes exercitus sui in ciuitates Israël, et  
percusserunt Abion, et Dan, et Abel domum  
Maacha, et universam Cenereth, omnes  
Tribus Terram Nephtali.

Duplici nomine vocatur 2. Reg. 14. 18. nem-  
pe Abela et Beth-Maacha; et 3. Reg. 15.  
20. ut primum retulimus, Abel domus Ma-  
cha; Domus Hebraice Beth dicitur; forsi-  
tan ut ab aliis Urbibus Abela nomine di-  
ctis distingueretur à locis vicinis Beth-Ma-  
cha cognomen accepit.

In hanc se receperat Seba, qui rebellionem  
aduersus David suscitauerat, 2. Reg. 20. 1. quo  
veniens Joab urbem inuavit, suffragisque jam  
moenibus, aggrationem parabat, cum mulier  
quedam prudentia fama insignis ex alto  
moenium Joab abouit, quæsiuit, an ad urbem  
excidendam venisset, neganti illi, seque ar-  
ma in unum Sebam morisse proficenti, for-  
mina statim ejus caput ad ipsum missuram  
propondit; quo ejusdem mulieris persuasione  
à populo peracto, Joab obsidione soluta  
recepit. Die post Itra Rex Juda cum  
Baasa Rege Israel similitates gerens foedus  
iuit cum Benadad Rege Syria; hincque vi  
foederis Urbem hanc una et tota Nephtali  
Regionem occupavit, 3. Reg. 15. 18. 20.

Hæc Urbis videtur fuisse Metropolis paræ-  
topæ Abihine, cujus Lyraniam Tetra-  
cham fuisse memorat S. Lucas c. 3. 1.

\* Jam ætate Moysis nomen hoc Mare  
Cenereth nuncupatum fuit, Num. 34. 11.  
et Deut. 3. 17. ubi simpliciter Cenereth  
nuncupatur. Mare Cenereth etiam  
meminit Josue c. 13. 27.

Caput IV.  
De Trachonitide  
Sive

In Dimidia Tribu Manasse trans Jordanem.  
Trachonitidis nomen, Sacer Scriptor memi-  
nit nisi S. Lucas, qui Evangelii sui c. 3. v. 1.  
memorat Anno Decimo quinto Tiberii Phi-  
lippum Herodis Magni filium Tetrarcham  
fuisse Ituræa et Trachonitidis; ubi Ituræa  
nomine ambas Tribus Ruben et Gad, et per  
Trachonitidem Dimidiam Tribum Manasse  
trans Jordanem intelligit; hoc enim nomine  
tunc veniebat tota illa Trans Jordanem regio,  
quam delatis illius incolis Moyses et Josue  
huius Dimidiæ Tribui tradiderunt, Num. 21. 35.  
32. 33. Deut. 1. 4. 3. 1. 2. 3. 11. 13. Jos. 12. 4.  
6. et 13. 29. p.

Igitur finis hi fuerunt termini, adorian-  
tem Arabia desertæ montes Arabie Deserte  
Sive Galaad, ad Meridiem Tribus Gad  
Sive Ituræa, ~~in quo Jabos fluvius ab oriente~~  
trans, ad occidentem Jordanes, et ad Septen-  
trionem Montes Libani.

Postmodum in varias provincias distributa  
fuit, quarum præcipua, et quibus alia mino-  
res continebantur sic vocatae fuerunt, nem-  
pe Trachonitis, Batanaea, et Golanitis.

Trachonitis, ~~quæ præcipua in Arabia desertæ~~  
Tribus Manasse Septentrionalem occupa-  
bat; eam tamen omnem intra fines terra  
Israëliticæ, quam Moyses et Josue duode-  
cim Tribubus assignarunt, constituere non  
audet Relandus lib. 1. c. 23. p. 108. ad meridiem

Batanaea contamina erat. videtur Regio  
nem Geshuri et Machati, de qua fit mentio  
Deut. 3. 14. ubi dicitur Jair filius Manasse  
possidere omnem regionem Argob usque ad termi-  
nos Geshuri et Machati; et 1. 6. ar. 2. 23. legi-  
mus cum Geshur et Aran, id est Geshur Syriae

regis. Unde colligi potest, regionem, vel ad  
Syriam spectasse, vel Saltam si omnino iui-  
nam fuisse. Huius regionis incolæ ab Israë-  
litis non delatis fuisse sed in medio eorum ha-  
bitasse, Jos. 13. 13. memoratur. ~~ubi dicitur~~

~~quæ dicitur in Arabia desertæ~~  
Ishobeth filius Saul  
Ara constituitur Super Geshur p. 2. Reg. 2. 8.

2. Geshur Regnum fuit, cuius, <sup>Regis</sup> filia Davidi  
nupta Absalon genuit 2. Reg. 3. 3. qui post  
eodem patris cum eum confugit, 13. 37.

videtur tamen Regnum hoc aliud fuisse  
à regione Geshuri transjordanica, ea in  
qua primus de Jair, et Ishobeth anno-  
taviimus; quam in Trachonitide fuisse  
quoque dicimus, quo nomine tota  
Tribus Manasse postmodum nuncupata  
fuit. Sicut tamen, qui voluit illud ab ea  
minime distinctum fuisse.

\* Haec regiones Agareorum genti-  
lium populorum ab Agar ancilla  
Abraham sic ditorum fuerunt  
e quibus filii Ruben, Gad, et  
Dimidia Tribus Manasse eos pe-  
tulisse dicuntur, 1. Gen. 25. p.

q a finis Trachonibus binis collibus,  
quos Strabo l. 16. p. 756. in vicinia  
Samaris colorat, sic dicta

q in se continuisse

\* Aran regis, quam posteriores quasi  
Syriam vocaverunt, et illius populos  
Syros, qui prius Aramei dicebantur.

4 Trachonitidis nomine universa di-  
midia Tribus Manasse trans Jor-  
danem nuncupari coepit,

q venise,

q atque etiamnum propheta locis illius sub  
hoc nomine meminere ut Isa. 67.23. 134.11. 135.20.

Isa. 2.13. 33.9. Jerem. 22.20. 50.19.

Ezech. 27.6. Mich. 7.14. Nahum 1.4.

Zach. 11.2.

q proinde prope ab aliquibus prope  
montes galaad collocari videtur  
et à mari Tiberiadis longius remo-  
veri videtur.

q dimidia

quando autem profectus fuerit, ignota  
est, fortè postquam à Chul et Shel-  
glathphalnasar Assyria legibus dissipata  
ejusque populi in Assyriam deducti fuere,  
1. Bar. 5.26. tum enim etiam proprium  
illius nomen antiquatum fuit. Certe jam  
Christi aetate hoc nomine totam illam re-  
gionem, quam Moyses et Josue Num. 32.33  
Dent. 3.13. Jos. 12.4.6. et 13.29.p. dimidia  
huic Tribui tradiderunt q testis Complex est  
5. Lucas c.3.v.1.

Batanea nomen usquam in sacris litteris  
occurrit, sed ejus loco Basan frequenter po-  
nitur, q Basan autem regnum fuit Amor-  
raeorum, cujus ultimus Rex Og prodigiosa  
magnitudinis gigas à Moyses devictus fuit,  
regioque dimidia Tribui Manasse tradita  
Num. 21.35. et 32.33. Dent. 3.1.2.3.11.13. Jo  
12.4.6. et 13.29.p. Basan etiam regio-  
nem Argob in se complectebatur, Dent. 3.4.14  
et 3.29.4.13.

Batanea seu Basan Trachonitidi meridia-  
lis fuit, cuius regio hanc in ditione usque ad  
Arabiam seu Galaad usque porrigebatur, et ad  
meridiem usque ad fluvium Jabor, quò ab  
Iturea seu Tribu gad separabatur. Denique  
ad occidentem habebat Gaulonitidem, qua  
à mari Tiberiadis usque ad Jordanis fontes ex-  
tendebatur, q Gaulonitis autem olim strabus  
q partem fuisse Regni Basan habemus ex  
Jos. 20.8. et 1. Bar. 6.71. Ceterum Bata-

naa seu Basan feras habebatur, ejusque  
pro ceteris pasua, quercus, et armenta Scrip-  
tura commendat, Dent. 32.14. Haec se-  
Trachonitide seu Tribu Manasse gen ejusque  
provinciis generatim, modo praecipua illius  
loca et urbes expendimus. Igitur occurrit

1<sup>o</sup> Jabes Galaad urbs sita ad radices mon-  
tis galaad in plaga meridionali Trachoni-  
tidis seu dimidia Tribus Manasse gerasan-  
ensis. Hanc urbem diripere Israelitae,  
quòd cives roma in Benjaminis una cum ipsis  
experta injuriam seivita alianus unori in ga-  
baon idatam ultoris capere remiserunt, Jud.  
21.8. Eandem postea obedit Naas Rex

Ammonitarum, qui à civibus exoratus, ut  
eos satis conditionibus reciperet, respondit,  
se non alia conditione eos accepturum, quàm  
ut urbe dedita dentis oculo orbari pote-  
rentur. Illi septem dierum inducias petie-  
runt, intra quos, nisi hec petita fierentur,  
illis arbitris committentur se sponderunt.  
Interim Rex Saul hujus urbis intellactis  
angustus cum exercitu superveniens, hosti-  
bus caris, ditionem solvit, 1. Reg. 11.1.p.

Beneficium hoc Inocentia Jakes eidem referunt, cum illius cadaver moribus Bethsan à Philistis oppellum clam hestulerunt, et in nemore ubi proximo sepultura mandarent, i. Reg. 31. 12. p.

2. Gerasa Ubs ad orientalem oram Maris Tiberiadis posita in playa meridionali Simidie Tribus Manasse seu Trachonitidis, caput Regionis quo ex ipso nomine Gerasenorum dicitur. In eam cum venisset Jesus binos homines à demonibus obsessos obviam habuit, à quibus etiam reliquos hos spiritus eiecit, qui accepta ab ipso facultate in porcos, qui tunc ibidem pabulabantur, intrantes illos in mare precipites egerunt, Matth. 8. 28. 37. Marcus c. 5. i. p. et Lucas c. 8. 26. 27. unius duntaxat demoniaci meminerunt, quia hic ferocior erat, et fortè in ea regione notior.

Geraseni aliquibus iidem fuisse videntur ac Gergesai, de quibus Gen. 15. 16. et 15. 21. Dent. 7. 1. Jos. 3. 10. et 24. 11. i. Bar. 1. 14. et 2. Eud. 9. 8. In graecis S. Marci, 5. 1. 9

et S. Luca 8. 26. necnon in quibus etiam graecis S. Matthaei 8. 28. exemplari - bus gadareni vocantur. Unde et Ubs Gerasa, Gergesa, itam Gadara nuncupata invenitur.

3. Magadan Ubs trans Mare Tiberiadis prope Gerasam ad Septentrionem. Postquam Christus quasi quatuor milia hominum septem panibus et parvis pisciculis pavisset, transiit in hujus Ubs fines, venit; ibi Pharisei et Sadducei ab eo signum de caelo petierunt, quibus increpatis, navi conscensa demum abiit trans fretum Matth. 15. 32. p. et 16. i. p. Marci 8. 10. 11. 12. 13. ubi hic Evangelista loco Magadan, quod habet Matthaeus, ponit Dalmantha, atque Christum in partes Dalmantha venisse. S. Augustinus arbitratur unum idem eundemque fuisse locum sed binomium: at fortè fuerunt duae urbes seu oppida sibi mutuo vicina, in quorum fines Christus venit.

4. Camon Ubs in Galaadide seu terra Galaad posita Jakes Galaad ad Euro-aquilonem mesem. In ea Jair Index Israel sepultus est, Jud. 10. 5.

5. Cedar. Graeci Interpretes nomen hoc Galaad vertunt; ex quo apparet illo regionem Galaad seu Galaditidem designari, qua ad orientem Jordanis et ad radices montium Arabiae deserta imò intra hos montes, qui etiam Montes Galaad nuncupantur, sita fuit. Augustinus Calmet ait Cedarenos Arabiae deserta regionem tenuisse Nabathais\* proximam. Adit difficile est certum hujus populi domicilium reperire, cum nec in urbibus, nec in domibus sed in tentoriis duntaxat viverent, ut habetur Gen. 1. 4. Isai. 42. 11. atque sedem frequenter nuntiant. S. Hieronymus ait regionem hanc à Nabathae et Peneide aversit. nomen accepisse à Cedar secundo genito Is-

\* Nabathai, à Regione Nabajoth, quam Isaias c. 63. v. 7. memorat, sic dicitur Arabiae populi, Machabeorum amici, i. Mach. 5. 24. et 9. 35. ubi Nabathai vocantur. Epiphanius Hares. lib. 10. vel. 90. Ebionitas praetulerunt. S. Hieronymus ait regionem hanc à Nabathae et Peneide aversit.

maëlis filio, de quo Gen. 25. 13. et 1. Bar. 1. 29.  
fit sermo. Sunt, qui velint, sine teste  
tamen, Cedar fuisse urbem ad orientem Jor-  
danis sitam; quidam ajunt, eam supra  
montem collocatam fuisse, quod nomini  
Cedar, quod obscurum significat, non latius  
convenit. Cedar alius etiam meminit  
Scriptura Judith 1. 8. Est. 119. 5. Isai. 21. 16.  
17. 42. 11. et 60. 7. Jer. 2. 10. et 49. 28. Ezech.  
27. 21.

6<sup>o</sup> Corozain Urbs Decapoleos ad ripam ori-  
entalem Jordanis ubi Mare Tiberiadis in-  
trat è regione Capharnaum sita. Sunt  
tamen qui post S. Hieronymum, eam in Ga-  
lilaea ad latus occidentale ejusdem maris  
bis mille passibus à Capharnaum versus  
septentrionem collocant. Christus  
Jenus pluribus editis miraculis, ac repetitis  
predicationibus hanc urbem exivit; ve-  
rum cum frustra se laborare intelligeret,  
ultimum ei minitatum exitum Matth.  
11. 21. Luc. 10. 13. alius milibis in Scriptu-  
ra hujus urbis est memoria. Jam dis-  
pentus excisa fuit, ut nullum ipsius catel  
vestigium. forte jam S. Hieronymi aeta-  
te non amplius supererat; unde non mi-  
rum, quod circa situm illius Scriptores  
inter se discrepent.

7<sup>o</sup> Argob Urbs Caput ejusdem nominis re-  
gionis in Basanitide, in qua occurrunt 60  
illae urbes Haroth Jair, id est villa Jair  
appellatae proceris moenibus et firmis por-  
tis notissima, pluraque alia oppida et vici  
Deut. 3. 4. 14. et 3. Reg. 4. 13. Eusebius  
urbem Argob 15. miliaribus à Gerasa ad ori-  
tem collocat.

8<sup>o</sup> Gessur Urbs Caput ejusdem seu  
nominis regionis in Trachonitide non  
procul à monte Libano inter fontes Jorda-  
nis et montem Hermon sita; de qua  
supra n. egimus.

9<sup>o</sup> Gaulon Urbs celebris, quo Gaulonitidis  
modica regioni nomen indidit. Tribui  
Manasse transjordanica cepit Deut. 4. 43.  
ubi Golan nuncupatur. ac deinde Levitis  
è familia Gerson, et inter urbes refugii de-  
putata Jos. 21. 27. In hac urbe ortum  
duxit quidam Judas, qui in Actis Apost.  
c. 5. v. 37. Judas Galilaeus nuncupatur. de  
quo egimus sup. c. 3. n. in not. Certus qd

10<sup>o</sup> Mospha Urbs in montibus Galaad  
posita. Hic foedus inter Laban et Jacob  
initum est Gen. 31. 49. p. Item aliud inter  
Dephte\* ejusdem urbis in solam et Israelitas

4 De qua Superius,

9 ejus Situs ignoratur.

\* Dephte patrem habuit nomine Galaad et  
matrem unam ea ipsius conubialis; à fra-

1124  
 tribus, legitimo conjugio natis, velut hereditatis  
 incipiam, in regionem Tob se recepit, ubi collecti-  
 tia ac prodonum manu coacta plurimum inuoluit  
 unde vocatus à galaaditis Brimeys eorum consti-  
 tutus est Jud. ii. 1. 2. 3 p. Tob autem ~~ha~~ fuit  
 Regis in ora maximè Septentrionali sortis di-  
 midia Tribus Manasse Transjordanica. Hujus  
 regionis nomen 1. Mach. 5. 13. Tubin, atque  
 incola Tubianis 2. Mach. 12. 17. dicitur Tubianesi  
 appellatur.

Transjordanicos, qui ab Ammonitis acriter  
 premebantur, à quibus in suam Duceam clau-  
 tus est. Igitur Jephthe coactis copiis in Am-  
 monitas morit, illosque proelio fregit, cum  
 prius voto se Domino obstrinxerat, post ~~ca~~  
 vslatam de hostibus victoriam se in holo-  
 caustum oblaturum eum, qui è domo sua  
 agrefus primus sibi occurrerat; tum victor  
 domum revertenti prima ipsi occurrat uni-  
 ca filia sua, cui postquam ipsa duorum  
 mensium spatii in montibus virginitatem  
 suam planxerat, fecit sicut voverat, Jud.  
ii. 1. 2 p.

Circa hoc Jephthe votum non conveniunt  
 S. Scripturae Interpretes: SS. Patres et Doctissi-  
 mi quique Commentariorum Scriptores agno-  
 verunt Jephthe re ipsa filiam suam Domi-  
 no in holocaustum obtulisse, Idque aperte  
innere videntur clare testis verba,  
 nihilominus ea aliter, lib et contra men-  
tem Veterum, sibi exponenda suscipiunt  
 recentiores quidam Interpretes, atque  
 conantur evincere à Jephthe filiam hanc  
 minime fuisse immolatam. Verum hac  
 de re videri potest Commentarius noster  
 in s. 31. c. ii. Jud. De Jephthe nihil

ultra meminit Scriptura, nisi quod post-  
 quam Sexennio Rem publicam administrasset,  
 mortuus fuerit ac in Maspha civitate sua  
 sepultus, Jud. 12. 7. ubi vulgata nostra  
 omisso vocabulo Maspha cum simpliciter  
civitatem Galaad nuncupat; atque postea, eti-  
 am Jephthe inter viros Veteris Testamenti  
 fidei merito insignes recenset, Heb. ii.  
32.

Josue ii. 3. Havaorum incolentium re-  
 gionem Maspha ad radices montis Hermon  
 sita mentis, p. quidam arbitrantur hic  
 intelligi regionem Urbis Maspha, de qua  
 proximum egimus.

11<sup>o</sup> Abel seu Abela vel Abila Urbis duo-  
 decim miliaribus à Gerasa seu Gadara versus  
 orientem. Jud. ii. 33. Legitur Jephthe immo-  
 nitas ab Aroir Urbe usque Mamith, et  
 usque ad Abal. Mamith et Aroir  
 Urbes fuerunt in Tribu gad, quae Jephthe  
 etate Ammonitis parebant.

12<sup>o</sup> Astaroth, seu Astaroth Carnaim,  
 vel tantum Carnaim, et Carnion.  
 Urbis sita ad meridiem Abilae, et Abrae  
 seu Edrai ad occidentem. Duo erant ejus-  
 dem nominis loca in Batanea inter abi-  
 lam et Abraam sita novem circiter mil-  
 liaribus inter se distita, quod prohit Eu-  
selinus in Astaroth.

q. c. ii. v. ii. ait cum in Maspha in Duceam  
 populi Israelitici electum fuisse; unde ha-  
 betur Urbem hanc ipsius patriam fuisse.

In hac urbe Og Rex Basan regiam habuit, Deut. 1. 4. Jos. 9. 10. 12. 4. 12. 12. Tribus dimidia Tribu Manasse attribuitur, ib. 1. 31. et urbs refugium constituitur, atque levites de familia Gerson ascribitur 1. Cor. 6. 71. 1. Mach. 5. 26. Carnaim nuncupatur, Hostes Judaeorum Duce Juda Makhabeo ab eis constitutum, illius projectis armis fugerunt ad fanum, quod erat in Carnaim, quam Judas occupavit, fanumque una cum eis omnibus, qui in idem se receperunt combussit, ib. 1. 43. et 44. 7. Mach. 12. 26. 27.

7 2. Mach. 12. 21. et 28. Urbs haec Carnion vocatur, in quam Timotheus cognito Juda adventu mulieres, filios, et reliquum apparatus praemisit, quod inaequabilis videretur et acceperit diffidit propter locum. 4. Dea Cornigera cum angustias 1. 21. nihilominus cum Judas occupavit interfectis hostium viginti quinque milibus, 1. 26.

hac Carnion vocatur, in qua viginti quinque milia hostium Judas inter se interfecit. Nomen Astaroth Carnaim ex cultu Astaroth derivatum creditur; liquidem Carnaim redditur Cornua. Procul debis hujus Dea fanum fuit, quod Judas Makhabeus in Carnaim flammis addixisse dicitur loc. sup. cit. Sicut autem Astaroth Dea Nemorum, Luna, Regina Caeli, Dea Coelestis, Venus Coelestis, Dea Syria, vel Venus Syria, Adonidis sponsa, Juno Isis, cujus simulacro vel caput bovis, vel cornu imponebantur. p. vid. Palmet in Diet. V. Astaroth.

13. Edrai Urbs duabus levis seu sex milibus ab Astaroth ad orientem. In hac urbe Og Rex Basan regiam habuit, Deut. 1. 4. Jos. 12. 4. et 13. 12. Prope hanc urbem Og Rex iste cum Israelitis impetiter pugnavit, quem una cum omni populo suo ad internecionem deperierunt, Nun. 21. 34. 35. Deut. 3. 1. 3. Urbs haec dimidia Tribu Manasse viris ascribitur, Jos. 13. 31. et 19. 49. 1. Mach. 5. 27. alia hujus nominis Urbs memoratur, quae Tribu Neptali ascribitur, diversa utique ab illa, quam hic expendimus.

Caput V.  
De Ituraea

Seu De Tribubus Gad et Ruben.

S. Lucas Evangelii sui c. 3. v. 1. ambas Tribus Gad et Ruben sub Ituraea nomine comprehendisse videtur, post alibi jam advertimus. Haec Tribus Ituraea nomen accepisse videntur ab Ituraeis Ietur Ismaelis filii Gen. 25. 18. 1. Cor. 1. 31. posteris, qui e sua regione ad orientem Batanae et ad meridiam Traconitidis propria posita profecti, in his Tribubus, inter reliquos post illarum devastationem, inter reliquos populi Israelitici resederunt. 1. Mach. 5. 19. 20. Manassitis, Gaditis, et Rubenitis.





q. Urbis Tribus Gad in ripa Septentrionali  
torrentis Bonon sita,

73  
Urbis Metropolis Ammonitarum, ad radi-  
ces montis galaad non procul à fontibus  
Bonon fluminis sita, ad Septentrionem  
Avvör contra quam seu in conspectu cuius cam-  
ponit Jome c. 13. 25. Jam Moyses sta-  
ta celebris habebatur, ibique ferrens lectus  
Og Regis Basan editisse traditur, Dent. 3. 11.  
David suscepto in Ammonitas bello, ad hanc  
urbem Joab cum exercitu misit, in cuius  
obvione Urias occulto Regis hujus, infra  
ingruentibus hostibus desolatus interiit,  
2. Reg. 11. 1. 15. 16. 17. 1. Bar. 20. 1. Adulti-  
mas redactam angustias David expugnatus  
ad eam urbem veniens obtinuit, 2. Reg. 12. 26. p.  
enimvero Regum Juda imperium possedit.  
Sibi filius Naas de Rabbat filiorum Ammon  
inter illos, qui Davidi filium suum Absalom fu-  
gienti occurrerunt, eique stratoria, tapetia,  
vasa fictilia, frumentum, hordeum, farinam,  
polentam, fabam, lentem, et ficem ciner  
in urbe Manaim, quam vulgata nostra Castra  
nuncupat, obtulerunt, numeratur, 2. Reg. 17. 27.  
28.

Sub Roboam Salomonis filio Urbis hanc eodem  
ac cetera Tribus Transjordanica fatis Regi Israël  
cepit: labente autem Regno Israël cum  
Teglathphalasar abductis in captivitatem  
pluribus ejus regionis incolis praesidio idam  
indisset, Ammonita in reliquos debachati  
sunt: hinc Propheta Jeremias et Ezechiel  
futuram in Rabbat Metropolim Ammonita-  
rum ultionem nuntiati sunt, Jer. 49. 2. 3. Eze-  
ch. 21. 20. et 25. 5.

Ptolomaeus Philadelphus Rex Aegypti ille ipse,  
qui Graecam Septuaginta Interpretum S. Scriptu-  
rae versionem curasse dicitur, Urbem hanc de  
suo nomine Philadelphiam appellari voluit.  
Apocalypsis c. 1. v. 11. inter septem Ecclesias, ad  
quas scribere jubetur Joannes Apostolus Phi-  
ladelphia recensetur, ut et c. 3. v. 7. ad eam  
etiam directa creditur S. Ignatii Martyris  
paulo ante obitum suum data epistola.  
Videtur quoque eadem esse ac Abel vineis  
consita, de qua Judic. 11. 33.

30 Jazer Urbis sita ad radices montis galaad,  
8. vel 10. miliaribus à Rabba versus Occasum  
justa ejundem seu nominis torrentem, quem  
Jordanes suscipit. fuit Amorrhoeorum. Num.  
21. 32. mittit Moyses viros ad eam explorandam,  
qui idam et viculos ejus occupant, p. Eam  
tenantque ipsius Sibi dari postulant. Rubeni-  
ta et Gadita; Gaditis traditur, hinc eam  
restaurant, Num. 32. 1. 3. 35. Jos. 13. 25.

Levitis de familia Merari traditur, necnon  
urbis refugii constituitur, Jos. 21. 34. 37.

Joab et principes exercitus David, missi ab  
ipso ad numerandum populum Israeliticum

\* hae de re vid. Tom. i. Theol. nost. Tract. i.  
part. i. c. 7. pag. 60. n. 99.

3. per Jazer transierunt in Galaad, 2. Reg. 24.

Ro 6. Cives habuit fortissimos i. Bar. 26.31.

Urbes cum vinea fuerunt, quarum emissionem per metaphoram praedixit Propheta Isaias c. 16. v. 8. 9. et Jeremias c. 48. 32.

Et eo, quod apud Jeremiam loc. cit. haec legantur: De planctu Jazer plorabo tibi vinea Sabana: propagines tuae transierunt mare, usque ad mare Jazer pervenerunt, plerique colligunt prope hanc urbem laum fuisse, qui Mare Jazer diceretur.

At hoc non adeo certum esse ait Relandus, lib. 3. p. 825. v. Jazer. nam, inquit, in hebraeo vox Jazera quod antea dicitur referri potest et legi ad Jazer pervenerunt, prout habet Isaias cit. c. 16. v. 8. ubi sic legitur: Vineam Sabana Domini gentium exciderunt: flagella: id est propagines: ejus usque ad Jazer pervenerunt, nulla hic de Mari Jazer mentionis.

Siquate et per metaphoram locuti sunt hic Prophetae, si per flagella seu propagines intelligunt Sabana et Jazer populos, quos in captivitatem abducos praedixit: Nos viros horum Prophetarum textus sic exponi posse scilicet Isaiam dicere voluisse: populum et fugitivos Sabana usque Jazer pervenisse, atque postquam in deserto ab omnibus deserti aliquandiu errassent, tandem capti trans mare in captivitatem abducos fuisse.

Jeremiam vero: incolas Sabana ultra mare abducos fuisse, cives vero Jazer usque ad mare duxerat; ubi post haec verba usque ad mare, se intelligenda videtur non propagines, quasi diceret Propheta usque ad mare propagines Jazer pervenerunt.

Vel quod hic vox Mare redundans sit, atque ad antecedentia referri debeat iuxta Relandum; et sic textus hic Jeremia cum iis, quae Isaias loquitur, omnino conveniat.

Et sane mirum videri potest, quod cum Scriptura satis frequenter Urbis Jazer meminerit, nusquam tamen de Mari aliquo, quod prope eam sit, loquatur, ex unico hoc Jeremia textu, qui forte ex librari alicujus incuria quoad hanc vocem Mare mendosus est, plerique valint Mare aliquod prope Jazer existisse.

Horum binorum Prophetarum vaticinia in Moabitas directissima sunt, qui post abducos a Phul et deinde a Thelgathphalnasar in captivitatem Tribus Gad et Ruben, p. i. Bar. 5. 26. earum urbes occupaverunt.

Jos. 21. 36. sit mentis Urbis Jazer contra se in regione Jericho in Tribu Ruben sita tanquam civitatis refugii et levitis ex familia Merari cepta; unde colligitur duas fuisse trans Jordanem hujus nominis urbes; vel forte eadem est, quae quidam expta Rubenitis traditur.

q qua latine Mare significat

q erraverunt in deserto, propagines ejus volute. se transierunt mare.

q arbitramur

3<sup>o</sup> Ramoth galaad urbs celebris non procul à Jabor seu Jabor fluvio in montibus galaad ad orientem Beth-San, et 15. miliaribus à Rabba. versus orientem sita ditioris Tribus Gad, et urbs refugii necnon Levitarum facta, Deut. 4.43. Jos. 13.26. et 20.8. item 21.37. 1. Par. 6.80.

Salomon in ea habuit unum ex duodecim Praefectis super omnem Israël constitutis, qui ei et Domui suo annonam praebant, 3. Reg. 4.13. Postmodum sub Regibus Israël floruit; deinde Regum Damasci seu Syria facta est: unde inter hos et Reges Israël bella intercesserunt, conantibus Israëlitis ejus imperium ab hostibus, qui eam tenebant, vindicare; Achab igitur Rex Israël ante eam into cum Syris proelio occisus est, 3. Reg. 22.3.p. 2. Par. 18.3.p. et 33.34. Joam ejus filius instaurato adversus Syrios bello urbem hanc Damis obsidet, ubi accepto vulnere in Jezrahel defertur, 4. Reg. 8.28.29. 2. Par. 22.5.6. in-  
terim Jahu filius Namsi Supremus Joam Bellidua à Propheta quodam, quem Eliseus ad id miserat, ~~inducitur in castris~~ in castris apud Ramoth galaad in Regem Israël ungitur, 16. c. 9. 1. p. et 2. Par. 22.7.

4<sup>o</sup> Phannel urbs, juxta torrentem Jabor et intra illius duobrachia, 3. miliaribus à Manaim ad orientem distita, et 12. à Beth-San. Cum Jacob à Mesopotamia redire ad torrentem Jabor substitisset ante auroram alterius diei, universa ejus familia torrentem transgressa, ipse solus in adversa ripa manens Angelum obvium habuit, quorum ad auroram usque hucatus est, eumque tenens dimittere noluit, et si obijfo rogatus, nisi accepta prius benedictione; ex hoc locum hunc Phannel, quod faciem Dei significat, nominavit dicens: Vidi Deum facie ad faciem, et salva facta est anima mea, Gen. 32.22. Successive temporis urbs ibi sub eodem nomine condita fuit, quae Tribui Gad cepit.

Gedcon à caede Madianitarum redire urbem hanc evertit, atque in cives ultimo caeterminis levit, quod antea sibi suisque copiis insultassent, et comuncatum denegassent, Jud. 8.4.17. Eam postea Jeroboam filius Nabath restituit, 3. Reg. 12.25.

5<sup>o</sup> Soroth, Sahot, et Socoth urbs non procul à Jordane ad Jabor fluvii meridiam sita. Jacob à Mesopotamia veniens transiit torrentem in Soroth venit, ubi edificata domo fixisque tentoris locum hunc Soroth, id est, Tabernacula appellavit, Gen. 32.17.

Urbs haec Tribui Gad obvinit, Jos. 13.27. Hujus urbis Optimates Gedcon, quod annonam pro exortu suo ipsi denegassent, spinis ac tribulis contrivit ac comminuit, Jud. 8.5.p. Eam

7 Inter hanc urbem et Satham seu Saxe-  
 Satham in campo circa Templi vasa ingentis  
 operis sub Salomone conflata fuerit, 3. Reg.  
 7.46. et 2. Par. 4.17.

postea Jeroboam filius Nabath Rex Israel restituit  
 3. Reg. 12.25. 9

Non confundenda est cum ejusdem nominis locis  
 ad quem Israelita Egyptum desertes à Ramesse  
 venerunt, Exod. 12.37. et Num. 33.3.5. Urbs  
 Soroth Tribui Juda assignatur Jos. 15.48. forte  
 eadem ac Lousille.

6. Manaim, Mahanaim Urbs ad septentriona-  
 lem Jabor fluminis ripam non procul a Phannul  
 versus occidentem posita. Tribui Gad assi-  
 gnatur, fitque Urbs Levitarum de familia Mea-  
 ri Jos. 13.26.30. et 21.37. 1. Par. 6.30. Nomen

Manaim, quod Castra significat loco inditum  
 est à Jacob à Mesopotamia revertente, in  
 Angeli ibidem occurrunt, Gen. 32.2. Vul-  
 gata nostra eam Urbem hanc interdum Mana-  
 im et Mahanaim, interdum vero Castra vnum-  
 pat.

7. Isboeth post Saulis patris sui obitum  
 Seben regni sui in hac Urbe constituit, 2. Reg. 2.  
 9.12. David Absalom filium suum fugiens  
 in eam se recepit, 2. Reg. 17.24.27. et non procul  
 ab ea, nempe in Saltu Ephraim ipse Absalom  
 vixit et interfectus est à Joab ib. c. 18. v. 6. 7. 14.

Tum David hac Urbe relicta transiitque  
 Jordane reversus est in Jerusalem, ib. c. 19.

7. Adom Urbs ~~Satham~~ Manaim inter et  
 Satham collocata. ~~Jos. 3.18.~~ Israelitis  
 Duce Jone vada Jordanis tenentibus, aquae  
 illius, ~~steterunt~~ ipsi illius transitum facili-  
 terque pedibus effectura steterunt, atque mon-  
 tis instar intumuerunt ita, ut procul videri  
 poterint ab Adom videlicet usque Satham,  
 Jos. 3.18.

8. Satham, ~~Satham~~ Sadata, Urbs ad  
 ripam orientalem Jordanis, Laeni Tiberiadis ad  
 meridiem, 9. Quidem, <sup>ad hanc</sup> ad hanc Jordanis ripam  
 occidentalem collocant ex eo, quod, propterea  
 meminimus, Israelitis vada Jordanis  
 tenentibus aquae illius steterunt, ac montis  
 instar intumuerunt, adeo ut procul videri po-  
 tuerint, ab Adom videlicet usque Satham.

at inde hoc duntaxat colligitur, nempe  
 Satham vicinam Jordani et ad ejus ripam  
 collocatam fuisse, Adom vero longe ab ipso  
 remotam. Satham autem, de qua  
 hic nobis est sermo, ad orientalem Jordanis  
 ripam sitam fuisse manifestum fit ex 3. Reg.  
 4.46. et 2. Par. 4.17. ubi legitur in agro ~~tem-~~  
 regione campestri inter Soroth et hanc Ur-  
 bem vasa circa ad usum Templi Salomonis  
 conflata fuisse.

Unde, quemad-  
 modum Soroth, quod supra diximus, ita et  
 Satham trans Jordanem sita fuerit ne-  
 cesse est: absurdum quippe omnino videtur  
 hinc campo cis Jordanem quærere limitem,  
 qui Jordanes esset non Satham, si hanc

7 prope Jabor.

civitas ad occidentalem ejus ripam Sita fuisse.  
Equidem 3. Reg. 4. 12. memoratur Sarthana  
urbis ad occidentem Jordanis posita, juxta quam  
Beth-san regio esse dicitur; sed profecto haec  
alia est à Sarthan seu Saredata nostra. Ibid.  
etiam c. 11. v. 26. p. et c. 12. 20. p. Sareda fit mentio  
patria Jeroboam filii Nabath Ephraim, qui  
rebellavit adversus Salomonem, ac post ejus mor-  
tem regnum Israël obtinuit; nec ista con-  
fundi debet cum Sarthan.

9<sup>o</sup> Ephron urbs humilissima non procul à Sar-  
than et ad meridiem Sooth posita. Juda Ma-  
chabeo ab expeditione in Timothaum Syriorum  
Ducem redeunti transitum denegans ab ipso  
capta fuit et direpta, nempe incolarum,  
qui ex variis erant nationibus 25000. prostra-  
ti, 1. Mach. 5. 46. p. 2. Mach. 12. 27. p.

Non confundenda est cum alia Ephron tribus  
Benjamin, et in confiniis Tribus Ephraim posi-  
ta, quam Abia Rex Juda Davido Jeroboamo  
Rege Israël inter alias occupavit, et Regno Jude  
denovo offeruit, 2. Bar. 13. 19.

10<sup>o</sup> Dabir urbs in confiniis Tribus Ruben  
versus Jordanem collocata, Tribui Gad assigna-  
ta Jos. 13. 26. Minime confundenda est cum  
Dabir seu Cariath-Sepher Tribus Jude, de qua  
alibi egimus.

11<sup>o</sup> Ataroth, urbs, quam Davitis Amonheo-  
rum Regibus Schon et Og, inter alias sibi Davi  
postulavit tradita, et obtinuerunt, Num. 32. 3.  
34. Jos. 13. 26. Sita fuisse videtur in confiniis regio-  
nis illius, qua Rubenitis attributa fuit non  
procul à Dabir et Dibon huic ad Septentrio-  
nem illi vero ad Orientem. Septentrionem

Minime confundenda est cum alia ejusdem  
nominis urbe cisjordanica et Tribui Ephraim  
adscripita Jos. 16. 5. quae non in confiniis Dima-  
dia Tribus Manasse versaretur non procul à  
Jordanis Sita, cuius jungitur Addar, atque  
Ataroth Addar dicitur, unde vix haec no-  
mina eandem urbem denotare videntur  
Jos. 18. 13. Ataroth Addar denovo memoratur  
atque filiorum Benjamin limes designatur,  
nec procul à Bethoron inferiori collocatur: haec  
non eadem videtur esse ac prior.

Josue 18. 3. inter Urbes Tribus Jude assignatas  
fit mentio urbis Addar.

12<sup>o</sup> Ethroth urbs in plaga meridionali ac  
confiniis Tribus Ruben. Quidam volunt eam  
idem esse ac Atharoth, sed perperam, quippe  
quae ab invicem aperte separantur, atque dis-  
tinctim filius Gad adscribantur, Num. 32. 34.

13<sup>o</sup> Mennit urbs quatuor miliaribus ab Epe-  
ron in via Habbam seu Philadelphiae versus  
posita. Olim Ammonitarum erat tunc  
sicut, cum Jephtha adversus eos bellum sus-  
cepit, quos ab Aroer usque Mennit percussisse  
dicitur, Jud. 11. 33.

7 Josue eam occupat ac vastat Jos. 10. 38. 39.

probat id est.

## De Beraa seu Tribu Ruben

Beraa seu Tribus Ruben limites habet ad orientem terram Moabitarum, ad quos ipsa haec regio pertinet antequam ab Israelitis occuparetur; ad meridiem torrentem Arnon, qui illam à Madianitide separat; ad occidentem Jordanem et partem aliquam Maris mortui, et ad septentrionem Tribum Gad, à qua torrente Jazer separatur. In ea notatur

1<sup>o</sup> Bosor urbs valida et ampla quatuor dierum itinere à Damasco versus meridiem, in camperti solitudine intra montes Galaad Jerichunti ad orientem sita. Tribu Ruben adscribitur, filius urbs confugii Dent. 4. 43. Jos. 20. 8. et 21. 36. i. Bar. 6. 78. Machabaeorum aetate à Syris seu Moabitis incolebatur; in eaque multi Israelitae captivi detinebantur, at mox Judas Machabeus illam afflicta cepit ac incendit caesis in ea omnibus viribus, i. Mach. 5. 28. 30.

Sub nomine Bosra memoratur Gen. 36. 33. et i. Bar. 1. 47. ubi Jobab filius Zava de Bosra in Edom, Dent. 2. 12. Idumaea regnasse dicitur. Plerique autem hunc esse Job, quem velut patientiae speculum Sava Biblia speciali libro nobis exhibent. Isaias c. 34. v. 8. 7. 8. Idumaeae nomenclatur ubi Bosra minatur exitium. c. 63. 1. induit virum de Bosra tinctis sanguine vestibus venientemq. ~~quod~~ Interpretes nostri Christum Senatorem intelligunt. Jeremias c. 48. v. 24.

Idem exitium praedicit, ut et c. 49. v. 13. et 22. ubi Vulgata nostra illam Bosran nuncupat. Idem praestat Amos c. 1. 12.

Dubitant aliqui num haec Bosra eadem ubique sit ac Bosor, quae Moabitarum fuit, quod alibi, in generi scribit, et apud Isaiam, p. Urbs Edom seu Idumaeae dicitur. Verum, si eius fides, qui in ea regione, quae postmodum Moabitarum facta est, Idumaeae partem, quae Idumaea vetus, in qua Esau residit, ab ipsis vocatur, collocant scilicet difficile est intelligere, utroque hoc nomine eandem urbem designari: quod si vero Idumaea magis ad austrum removeri debeat, prout à plerisque fit, eas distinctas urbes dici oportet.

2<sup>o</sup> Sabana urbs 500. iuxta passibus ab Hebron versus septentrionem distans, Tribu Ruben adscripta Num. 32. 38. et Jos. 13. 19. Vincas Sabana ab hostibus Moabitarum vastatas significat Isaias c. 16. v. 8. 9. Fama urbem Sabaman, ceteraque Rubeniticas Moabita post abductas in captivitatem à Teglatphalassarum Decem Tribus, i. Bar. 5. 26. occupaverant, Jerem. 48. 32. Eadem videtur esse ac Saban Num. 32. 3.

3<sup>o</sup> Dibon urbs legum Schon Regis Amorrhaeorum, cujus deserti regionem Israelitae occupaverunt, Num. 22. 24. 25. Tribu Gad à Moyse assignatur, Num. 32. 3. 34. 35. postea Ruben

7 Per hunc virum indicasse videtur Propheta  
Judam Machabaeum, qui Bosor seu  
Bosram occupavit, ac eam fenestras dele-  
vit, i. Mach. 5. 28. prout primum dicitur  
mus. Hic etiam

Interpretes nostri Christum  
Senatorem intelligunt. Jeremias c. 48. v. 24.  
exitium praedicit, ut et c. 49. v. 13. et 22. ubi Vul-  
gata nostra illam Bosran nuncupat. Idem  
praestat Amos c. 1. 12.

Dubitant aliqui num haec Bosra eadem ubique  
sit ac Bosor, quae Moabitarum fuit, quod alibi,  
in generi scribit, et apud Isaiam, p. Urbs Edom  
seu Idumaeae dicitur. Verum, si eius fides, qui  
in ea regione, quae postmodum Moabitarum  
facta est, Idumaeae partem, quae Idumaea vetus,  
in qua Esau residit, ab ipsis vocatur, collocant scilicet  
difficile est intelligere, utroque hoc nomine ean-  
dem urbem designari: quod si vero Idumaea magis  
ad austrum removeri debeat, prout à plerisque  
fit, eas distinctas urbes dici oportet.

2<sup>o</sup> Sabana urbs 500. iuxta passibus ab He-  
bron versus septentrionem distans, Tribu Ruben  
adscripta Num. 32. 38. et Jos. 13. 19. Vincas Sa-  
bana ab hostibus Moabitarum vastatas signifi-  
cat Isaias c. 16. v. 8. 9. Fama urbem Saba-  
man, ceteraque Rubeniticas Moabita post  
abductas in captivitatem à Teglatphalassarum  
Decem Tribus, i. Bar. 5. 26. occupaverant, Jerem.  
48. 32. Eadem videtur esse ac Saban Num.  
32. 3.

3<sup>o</sup> Dibon urbs legum Schon Regis Amorrhaeo-  
rum, cujus deserti regionem Israelitae occupave-  
runt, Num. 22. 24. 25. Tribu Gad à Moyse  
assignatur, Num. 32. 3. 34. 35. postea Ruben

7 non procul a torrente Arnon, forte  
illi ad orientem.

7 que vox domus transitus interpre-  
tatur

7 ejus civis filii Jambri viri urbis  
hujus potentis

7 filiam

itis eam tradit Jone, Jos. 13. 9. 17. 16. Sitafuisse  
videtur in utriusque Tribus confinis ad austrum Tor-  
rentis Jaber et Jorais. Videtur etiam  
eandem esse ac Dibon-gad, ubi Israelita ex Agypto  
profecti castra metati sunt, Num. 33. 45.

Urbis hac etate Prophetarum Isaie et Jeremiae  
Moabitana erat, cujus exitium predicunt, Isai.  
15. 2. 9. Jer. 48. 18. 22.

2. Esdr. 11. 25. memoratur urbs Dibon Tribus Juda:  
at hac videtur eandem esse ac Dabir seu Cariath-  
Sapher in eadem Tribu. Vid. Cariath-Sapher.

4<sup>o</sup> Bethania. Urbis ad Jordanem et ad occidentem  
tam Hesebon, ubi Joannes baptizabat, Joan.  
1. 28. Origenes loco in Joan. 1. 8. S. Joannes Chry-  
tostomus hom. 16. in c. 1. Joan. et Epiphanius l. 2.  
advers. haeres. loco Bethania loquunt Bethabara 9  
notantque eam fuisse, qua Israelita Duce  
Jone Jordanem trajecere; et hanc communem  
hujus fluminis radum esse ferunt.

9<sup>o</sup> Madaba et Madaba urbs in ora meridie-  
nali non procul ab Hesebon sita, Tribu Ruben  
tradita, Jos. 13. 9. 16. De ea etiam fit mentio  
Num. 21. 30. Ammonita contra Davidem

cujus Legatos Hanon cum Rea contumelia affe-  
cerat, pugnaturo ex Mesopotamia, Syria p.  
copias conduxerunt, que venientes e regione  
hujus urbis castra metati sunt, 1. Par. 19. 6. 7.

Isaie etate a Moabitis occupata fuit cujus exiti-  
um ipse predicat, Isai. 15. 2. 1. Mach. 9.

35. p. narratur, quod, cum Jonathas Joann-  
ni fratri Juda Machabsei ad Nabuthaeos profugis  
centi occurrissent, illum trepidaverunt, quam ca-  
dem postea Simon et Jonathas Joannis fratres ultra  
ri Jonathas eos contra Jambri filios nuptum viri  
sua regionis clarissimi in domum sponsi Juduan-  
tas improvisis adorti occiderunt.

6<sup>o</sup> Hesebon urbs celebris et munitissima  
et Schon Regis Amorrhoeorum, qui Moabitus  
an ea populabat, 1. Mach. 11. 29. Regia, et capta  
ab Israelitis, Deut. Num. 21. 26. p. Deut. 1. 4.  
c. 2. v. 24. p. c. 3. v. 2. b. c. 4. v. 46. c. 29. 7. Jos. 1. 4.  
v. 10. c. 12. 5. 13. 21. Jud. 11. 14. 2. Esdr. 9. 22.

Eam inter alias urbes sibi deposcent gadita  
et Rubenita, hi eam obtinent atque restan-  
tant, Num. 32. 2. p. 37. Jos. 13. 17. 21. attu-  
men ad Tribum Gad transisse videtur Jos. 21.  
37. et 1. Par. 6. 81. ubi inter Urbes ex eadem  
Tribu Levitis comessas recensetur.

Jephthe Judae et Duce Israelitarum Regi Am-  
monitarum Hesebon velut suam repenti tre-  
centorum annorum possessionem obtendit, Jud. 11.  
11. 26. Achior Dux Ammonitarum

sub Holoferne Nabuchodonosoris Imperatoris Babilo-  
niae, eidem Bethuliam obviare volenti inter  
egregia Hebraeorum facinosa omnes potentes,  
in Hesebon eos prostrasse narrat, Judith. 5.  
5. .... 20.

Post translatas trans Jordanem Jacam Tribus  
Civitas haec rursus in Moabitarem veterum ibi in-  
colarum, quos, ut supra dictum, Schon expulerat,  
potestatem tranxit, cujus introitum praedixit Isai  
as c. 15. v. 4. c. 16. v. 8. 9. et Jeremias c. 48. v. 2. 34. 48.  
et c. 49. v. 3.

Cant. 7. 4. Sponsus oculos Sulamitis Sponse sua  
comparat piscinis ad portam Hesebon ubi populo-  
sissima Sitis. 2. Mach. 12. p. sub nomi-  
ne Casphin ejus fit mentio, quam Judas Macha-  
beus cepit, in eaque innumerae fecit caedes,  
adeo, ut ei adiacens stagnum stadiorum duorum  
scilicet 300. populum latitudinis sanguine interfec-  
torum fluere videretur.

7<sup>o</sup> Cademoth Urbs ad orientem Torrentis Amon  
e regione Hesebon sita, una e Stationibus He-  
braeorum ea Aegypto venientium in deserto,  
unde Moyses nuntios ad Schon Regem Hesebon  
misit, qui ab eo peterent, ut populum Israe-  
liticum pacifice per ipsius terram transire  
permitteret, Deut. 2. 26. p. Rubenitis  
assignatur Jos. 13. 18. ubi Cademoth nuncupatur  
postea Levita Merari filii eam obtinent, i. Bar.  
6. 17.

8<sup>o</sup> Jasa et Jafa Urbs ad meridiem non procul  
ab occidentali Amon torrentis ripa. Hic Schon  
Rex Amorrhaeorum a Moysse furtim fugatusque  
fuit, Num. 21. 23. Deut. 2. 32. 33. Jud. 11. 20. 21.

Tribui Ruben cepit, Jos. 13. 18. ac deinde Levi-  
tis, i. Bar. 6. 78. ubi Jafa nuncupatur. Aetate  
Isaia et Jeremias a Moabitibus tenabatur, cui  
ipsi mala imitantur Isai. 15. 4. Jer. 48. 21. 34.

9<sup>o</sup> Nabo et Nebo Urbs ad occidentem Jasa po-  
sita, et non procul ab ejundem nominis monte  
in quem ascendere a Deo iussit Moyses, ut ibi  
moreretur, Deut. 32. 49. et 34. 1. Tribui Ru-  
ben adscripta est, Num. 32. 38. Aetate Isaia  
et Jeremias ea potiebantur Moabitis, cui et  
etiam praesentiant, Isai. 15. 2. et 46. 1. Jer.  
48. 1. 22.

10<sup>o</sup> Abel-Satim, item Settim, et Setim Urbs sita  
in planitie seu campestribus Moab e regione  
Jericho sexaginta stadiis seu septem milliaribus  
vel dimidio a Jordane nec procul a monte Ore-  
gor. Ibi Hebraei de montibus Hebraim pro-  
fecti castra metati ac morati cum filiabus  
Moab fornicati sunt, ab atque ab illis in idolo-  
latiam adducti: ob id Deus illos manu Levi-  
tarum dure mulcavit, Num. 25. 1. 2. p. et  
33. 49. De Setim Josue misit duos explo-  
ratores, qui terram et urbem Jericho explor-  
averunt considerarent, Jos. 2. 1. Inde Josue  
castra movit ad Jordanem, ubi cum sacerdotibus  
per tres dies substitit, Jos. 3. 1. Michas c. 6. 15.

populo Israelitico in memoriam revocat beneficia  
ipsi à Deo collata à Bethim usque galgala.

11<sup>o</sup> R<sup>o</sup> Moabitarum Metropolis posita ad flu-  
vium Arnon, qui mediam interfluit. De ea fit  
mentio Num. 21. 15. 28. Dent. 2. 9. Israelitae pro-  
hibentur adversus Moabitas pugnare, unde in-  
tactam reliquerunt, JB. 418. 29. <sup>propheta-</sup>  
rum Isaia et Jeremiae minas capta est. Isai-  
as c. 15. v. 1. cam R<sup>o</sup>, et v. 7. et 11. ut et Jeremias  
c. 48. v. 31. Kir. Hareset sive Kiriathares un-  
cupant, quod hebraeum nomen vulgata nostra  
per Muros seu Murum cocti lateris, item  
murum fictilem reddit.

Cum Reges Israël, Juda, et Edom, penitus post  
desertatam omnem regionem, eam obsiderent  
atque ad ultimas angustias redacta esset, Rex  
Moab, initis consilio, primo geniti sui sanguine Divi  
litar constituit, cujus rei indignitate percussis ag-  
gressores, statim soluta obsidione recesserunt, 4. Reg.  
3. 25. p. ubi vulgata nostra illam Muros fictiles  
vocat.

12<sup>o</sup> Beth-Chogor Urbis Moabitarum ad septen-  
trionem Arnon, ubi non Mari mortuus immergi-  
tur, posita, in qua idolum Chogor colabatur,  
Tribui Ruben tradita Dent. 4. 46. et Jos. 13. 20.

13<sup>o</sup> Asedoth-Charga Tribui Ruben asseritur  
Jos. 13. 20. Asedoth planitiam significat, unde  
urbis haec eo nomine dicta est, quod in planitie  
esset ad radices montis Charga. Significat  
etiam loca fauorosa et irrigua, sub qua signifi-  
catione dicitur Josue cis Jordanem percussisse  
omnem terram montanam et meridianaam,  
atque campestram, et Asedoth Jos. 10. 40.

14<sup>o</sup> Bethjesimoth ad austrum decem circiter  
miliaribus à Jordane posita. Rubenitis traditur  
Jos. 13. 20. etate Ezechielis à Moabitis occupaba-  
tur, cujus ut et aliarum Urbium Moab evitium  
praedixit c. 25. v. 9.

15<sup>o</sup> Baalmeon, et Baalmeon Urbis Tribus  
Ruben, Num. 32. 38. et Jos. 13. 17. Haec Urbe-  
nitae creptam Ezechielis etate possidebant  
Moabitas, cujus evitium praenuntiavit, c. 25. 9.

16<sup>o</sup> Mathana locus ubi Israelitae in deserto  
castra habuerunt, inde in Nahaliel, hinc in  
Bamoth perreuerunt, Num. 21. 18. 19. Eusebius  
seus Arnon Nahaliel, et Mathana ultra Ar-  
non ad orientem locat 12. miliaribus ab Urbe  
Medaba.

17<sup>o</sup> Bamoth, Bamoth-Baal. Hebraei ex  
Bamoth profecti sunt ad vallam, quae est  
in regione Moab, Num. 21. 20. Jos. 13. 17. Ba-  
moth-Baal vocatur, atque Rubenitarum fit  
possessio. In agro sita, quem interfluit Arnon.

18<sup>o</sup> Adama una ex quatuor impiis ciuita-  
tibus igne coelesti consumptis, Gen. 19. 14. et  
Dent. 29. 23. reliquis orientalis ad mari-  
dem Arnon aeforta ubi tomens iste Mari  
mortuus immergitur, sita conjectura est eam

190 Nemra et Nemrim Urbis hinc mare  
 motuum et ad eum orientem posita. Hanc  
 sibi dari postulavit Gaditæ et Rubenitæ  
 Num. 32. 3. וְיִשְׂרָאֵל יִשְׁבְּרוּ אֶת-הַיַּרְדֵּן וְיָבִיאוּ  
 אֶת-הַיַּרְדֵּן מִן-הַיַּרְדֵּן וְיָבִיאוּ אֶת-הַיַּרְדֵּן  
 traditur ib. v. 36. ubi Beth Nemra dici-  
 tur, ut at Jos. 13. 27. ubi Tribu Gad  
 adscribitur, cum tamen in Tribu Ruben  
 sita fuerit. Isaias 15. 6. et Jeremias  
48. 34. mala Moabitæ minitantes  
 aquarum Nemrim meminerunt, quas  
 desertas et pessimas nuncupant.

\* Sinus Elaniticus factum fuit ab urbe  
 Elan sive Hilan ad ripam orienta-  
 lem maris Rubri sita nuncupatum.  
 Elat sive Elan portus erat in tribu  
 Maris Rubri, quorum primi duo  
 Beonice, et Clypea appellabantur.  
 Foris Elan sive Elat spatium 150. mil-  
 liarium à Gaza distabat, juxta  
 Plinium, vel 1200. Stadium solum  
 dicit Strabonem et Plinium.

non omnino perisse, aut regionis illius accolæ  
 novam ejusdem nominis urbem in orientali  
 Maris mortui littore et juxta ad ostia Anonis  
 edificasse, quod juxta Septuaginta Sacerdotum  
 Bibliorum Interpretes Isaias c. 15. v. ult. probat  
 at Deum destructurum Moabitæ, urbem Ar  
 et reliquias Adama. Vid. quæ diximus sup. hinc  
c. i. §. i. n. 14. 16. 17.

¶ Caput VI.  
 De Idumæa seu terra Edom.

Idumæa Arabia provincia ab Elau Patriar-  
 cha Isaac filio et ejus posteris post ejectionem Hor-  
 ras prioris illius incolæ possessa, inter Juda-  
 am, Ægyptum et Arabiam Petrosam sita, mor-  
 tibus et heris abundans, inter quos præcipuus  
 Scir fuit, qui illam à Juda sejungebat.

Edom dicitur quod nomen hebræum est, di-  
 ctum atque rufum significat, dicta est à  
 cognomine Esau, qui quod rufus esset, Edom  
 cognominatus fuit, et rufus illiusque re-  
 gio terra Edom nuncupata, quam deinde Ge-  
 ni Idumæam dixerunt.

S. Calmet scribit: Esau primò in montibus  
 Scir sedem fixisse; deinde in regionem Horra-  
 rum ad orientem et meridiem Maris mortui mi-  
 grasse. Posterosque ipsius Arabiam Petrosam,  
 totamque regionem ad meridiem Palestine in-  
 ter Mare mortuum et Mediterraneum late ha-  
 bitasse. Cum et tempore captivitatis Baby-  
 lonica, et cum Judæa vis frequentaretur  
 habitatoribus, plagam Judææ meridionalem  
 Hebron usque occupasse. Quare, pergit illa,  
 cum de Idumæa agitur, astate distinguenda  
 sunt: avo Moysis, Josuæ ac Regum Juda  
 illam ad orientem et meridiem Mare Mor-  
 tuum definiat, ac Scir Mons versus sinum  
 Elaniticum claudat. Insuper temporis  
 Idumæa in plagam australem Juda jomi-  
 gebatur. Orientalis Idumæa Metropolis  
 Bozra habebatur Edmæ versus sita; meri-  
 dionalis vero Petra seu Jestacl. Hanc  
 duas Idumæas, addit, orientalem et meri-  
 dionalem Palestine non nos primi distin-  
 ximus: alii quoque ante nos, Strabo, Bro-  
 cardus, Bonfrerius, Abichonius, Tornielus, ea  
 distinxerunt.

At hæc obmittunt alii, necnon Cellarius  
 Not. Ob. Ant. III. 14. 23. Specialiter Bonfrer-  
 rium binas statuentem Idumæas refutat,  
 simulque ostendit, regionem hanc initio  
 non ita amplam fuisse, quia Israhelita ex  
 Ægypto migrantes illam facili negotio circum-  
 ve ejusque fines pertransire valuerint. Post  
 modum ac præsertim durante Babylonia cap-  
 tività Idumæi fines suos longius postea  
 distaxerunt etiam in Hebræorum terram postea



adherabant. Idumaei circumcisionem  
abiecerant, cum à Joanne Hircano sub jugum missi  
eos se iterum mysteris initiare, moxque omnes  
religionis Judaicae adoptare coacti sunt.

Modò Idumaea pene deserta est et inculta, ac  
nomini quidam hinc inde dispersi pagi in ea  
occurunt, adeo ut omnino impletum videatur  
Jeremiae de ea oraculum: Et erit Idumaea deserta,  
omnis qui transibit per eam stupabit, et labietur  
sibilabit super omnes plagas ejus, Jer. 49. 17.

Videtur ea esse regio, quam Turcae Biduni  
vocant, haec enim collocata est inter Terram  
Sanctam ad septentrionem, Aegyptum ad occiden-  
tem, Arabiam ad meridiem et orientem. No-  
tatur hic

1<sup>o</sup> Bosra Urbs totius regionis caput et Sedes  
Regum ipsius. Qui binas Idumaeas orientalem  
scilicet et Meridionalem statuerunt, urbem hanc  
in orientali collocant velut illius Metropolim,  
necnon unam civitatem Bosor, de qua procedenti  
cap. 5. 2. n. 1. agimus, confundunt. Relandus  
tamen l. 3. p. 665. et 666. notat plures hujus nomi-  
nis urbes fuisse, ut in Trachonitide seu Dimidia  
Tribu Manasse Jos. 21. 27. ubi Bosram vocatur,  
in Moabitide, in Idumaea, p. quae simul con-  
fundenda haud sint, additque quòd, cum  
nomen hebraeum Bosra seu, ut ipse loquitur,  
Botzra locum munitum significat, mirum  
non sit, illud pluribus urbibus commune fuisse.

Nos de Bosra velut Idumaeae Regia pro viribus  
nostris cit. c. 9. 5. 2. n. 1. sufficienter demonstramus,  
ejusque situm juxta illorum opinionem, qui  
eamdem esse ac Bosor volunt, assignavimus.  
viderint modo ~~alii~~ qui huic opinioni obstant,  
quo loco eam collocent.

¶ Urbs

2<sup>o</sup> Petra seu Jactahel in finibus Idumaeae  
versus meridiem sita. Amasias Rex Juda  
adversus Idumaeos movens in Valle Salinarum  
ad ~~autem~~ austrum Maris mortui eos perdit, at-  
que victoriam suam usque ad hanc urbem  
prosecutus est, quam et assultu cepit, nec-  
non Jactahel, id est, Obdientia Deo appel-  
lavit, ut ostenderet merito obedientia sua er-  
ga Deum justam de Idumaeis victoriam se  
ausupto referre, 4. Reg. 14. 17.

Petra vox graeca rupes significat, ac  
in Hebraeo Sela nuncupatur, quod nomen  
Urbi huic fortasse inditum est, sive quòd  
rupi insederit, sive quia laevis undique cir-  
circundata esset, sive tandem, quòd ardes, quam  
plurimas in loco excavatas haberat.

De ea nullibi alia in Scriptura fit men-  
tio, nisi fortè apud Isaiam c. 16. v. 1. et 42. 11.  
incertum tamen est, an huic Prophetae de  
haec, aut etiam alia ejusdem nominis urbes,  
quas plures fuisse nonnulli geographi ani-  
madvertunt, an verò de rupe quadam  
sive saxo sermo sit. Incertum incertum

quibusdam videtur eam fuisse Idumaea meridionalis, sicut voluit, qui regionem hanc bifariam dividit; potuit enim, ajunt, Amasias regem quandam, in quam Idumaei forte se receperunt expugnare, quin inde argui debeat regem eam urbem fuisse, sed forte ei castrum quoddam insedisse: nobis tamen verisimilius videtur illam fuisse urbem, quam Amasias expugnavit, quamvis ignoremus an Idumaea Metropolis fuerit necne.

3<sup>o</sup> Dedan Urbs inter Petram et Mare mortuum hinc ad meridiem, et illi ad Septentrionem posita. De ea loquuntur, eique mala praediciunt Prophetae Jeremias c. 25. v. 23. et c. 49. v. 8. ~~et~~ et Ezechiel c. 25. v. 13. et c. 27. v. 20. Isaias c. 21. v. 13. etiam hujus urbis populorum meminit, quos Dedaniam vocat. Non confundenda est cum alia ejusdem nominis urbe, quam Geographi in Arabia Sabae in litore Sinus Persici collocant, et quam Ezechiel c. 27. v. 15. et c. 38. v. 13. memorat.

4<sup>o</sup> Theman Urbs Dedan ad Africum et Petra ad Septentrionem posita. Creditur fundata à Theman filio Eliphaz et Esau nepote, cuius fit mentio Gen. 36. 11. Ibidem v. 34. et i. Par. 1. 45. memoratur Theman de terra Themanorum in Idumaea regis successor Jobab. Jeremias c. 49. v. 7. Insuper sapientiam in Theman ait, ubique dissipationem praenuntiat v. 20. Disciplinam et sapientiam ab ipsius habitatoribus recepisse ait Baruch c. 3. v. 22. et 23. Igne delendam praedicit Amos c. 1. v. 12.

Quidam volunt in hac urbe litterarum academiam fuisse, quibus tamen alii obmucant. 5<sup>o</sup> Luz Urbs aequali fere intervallo Mare mortuum inter et Rubrum ~~est~~ posita. Eam quidam civis urbis Bethel, quae prius Luz vocabatur, condidit. Hic Ephraimitis Bethel obsidentibus occultum in eam aditum ostendit, per quem illi urbem ingressi, eademque potiti civem hunc ejusque cognationem cognatos omnes vita et libertate donatos, dimiserunt, qui huc progressus urbem aedificavit, quam veteri civitatis suae nomine Luzam nuncupavit, Jud. 1. 24. 25. 26. Quidam volunt eandem esse ac Lesam, quam velut terminum meridionalem Chanaanitidis designat Moyses Gen. 10. 19. quod si verum sit, civis iste urbis Bethel eam restaurasse duntaxat dicendus erit; porro Scriptura loquitur de ea, quae restauratur, aedificari dicit.

Aliis etiam videtur eandem esse ac Alus, ad quam Israhelita, cum in deserto Sine morarentur, Daphnia egredi venire, Num. 33. 13.

6<sup>o</sup> Pharan Urbs tridui itinere ab Ela Sen Ailat, orientem versus, ex qua novam deserti Pharan inditum. Cordolabomor

federatiq[ue] Reges, bello Regibus Pentapoles illatis,  
regionem usque ad arva Pharan vastarunt, Gen. 14  
6. Agar à domo Abraham pulsa in deserto  
Pharan unacum filio suo Ismaele sedem finit,  
Gen. 21. 21. Israëlita à Sinai moventes in eodem  
deserto castra metati sunt, Num. 10. 12. et 13. 1.  
Inde Moyses ea singulis Tribubus principes viros ad ex-  
plorandam terram Chanaan Num. 13. 3. 4. De  
monte Pharan Dominum apparuisse ait Moyses  
Deut. 33. 2. Baria apud Habacuc c. 3. 3. legun-  
tur. In Pharan juxta Maon et Carnalium  
David Saulam persequentem delinquit, 1. Reg. 28  
1. 2. Viri illi, qui Adad filius Ismaelis, Idumaeus,  
cum in ea Joab omnes masculos occideret, subduerunt,  
idem per Pharan in Aegyptum exierunt.  
Detulerunt, 3. Reg. 11. 18.

7<sup>o</sup> Aila, Ailath, Elath, Elath, et Elan,  
urbs posita in finibus Idumaeae ad sinum Maris  
Rubri, qui ab ipsa Sinus Elaniticus dicitur, secun-  
dum passuum milibus à Petra secundum Eusebium  
in locis Hebr. v. Elath. et 1200 Stadiis seu 150. mi-  
liaribus à Gaza juxta Strabonem et Plinium  
orientem versus. Israëlita per viam  
campestrem de Elath et Aniongaber ad iter  
venerunt, quod dicit in desertum Moab, Deut.  
2. 8. David victis Idumaeis, 2. Reg. 8. 14.  
Ailath quoque procul dubio subegit, quippe  
quod ex ea Salomon ejus filius naues mise-  
rit in Ophir, qua inde 450. talenta auri  
ad eum detulerunt, 2. Par. 8. 17. 18.

Idumaei sub Regno Joram filii Josaphat  
libertatem suam recuperarunt, necnon usque  
ad Odiam seu Azariam, qui hanc urbem  
demum obtinuit ac restauravit, 4. Reg. 14. 22  
et 2. Par. 26. 2. Postmodum sub Achaz Regi  
Juda Resin Rex Syria illam occupavit atque  
Judaeos eiecit, tunc iterum Idumaeorum facta  
est, 4. Reg. 16. 6. Urbs haec apud veteres  
profanos Scriptores plura alia nomina sortitur  
ut Elan, Elana, Elas, Aelan sive Elon.

8<sup>o</sup> Aniongaber Urbs etiam ad sinum Elani-  
ticum prope Ailath sita. Israëlita  
post longiorem moram in Hebrona tandem  
venerunt in Aniongaber, indeque moventes  
ad desertum Sin, in quo urbs Cades sita fuit,  
transierunt, Num. 33. 35. Deut. 2. 8.

In hujus etiam Urbis portu Salomon classem  
instituit instruit in Ophir mittendam, ut  
inde aurum referret, 3. Reg. 9. 26. et 2. Par.  
8. 17. 18. Eadem intentione postmodum  
Josaphat Rex Juda classem instruit, sed fru-  
stra, ut quae in hujus Urbis portu confecta fue-  
rit, 3. Reg. 22. 44. eo quod in curando hoc ne-  
gotio societatem iniussit cum Ophioa imperio  
Rege Ismael, 2. Par. 20. 35. 36. 37. ubi Ophioa  
Thasis nuncupatur.


Thasis.








79 Bl. 35 x 22





35 x 22